


241.

N. Inv. 241.

Puncta in Ordine ad visitandam Universitatem Cracoviensem.

Imo.

Universitas Cracoviensis à Quo fundata? Unde Primi Professores venere. & quae Studia tractare caepere. Ubi locati originaliter fuere.

2do

Locus primitivae Locationis Universitatis, quomodo in manus alienas transivit.

3tio

Dos in Communi tam in Bonis, quam in Summis nulli applicata Facultati num reperiatur, & quae?

4to.

Si fuit Dos aliqua in Communi, et si est deperdita, qua ratione id factum? describatur.

5to.

Massa Peniaria Universitatis an est aliqua, & quomodo congregatur pro necessitatibus Universitatis?

6to.

Porrigatur Regestrum munde & Chronologice descriptum, quibus Privilegiis ornatur & tutatur Universitas tum à Summis Pontificibus & Serenissimis Regibus Poloniae, quam etiam a Celsissimo Loci Ordinario

7mo.

Rector Universitatis quomodo eligitur. Ex quibus Facultatibus eligi potest. Quae aetas requiritur in Rectorem. Quis et per quot Annos labores habere debet, ut possit eligi in Rectorem. Quae ejus pensio ratione Officii.

8vo.

Quae Personae subiectae Jurisdictioni Rectoris. Qua methodo exercet Jurisdictionem suam Rector.

9no.

Quo Processu in Causis utitur. Quomodo procedit contra Contumaces, ad quem fit appellatio a Sententia Rectoris.

10mo

Consiliariorum Universitatis quae est Jurisdictio. Et in quibus Causis appellatur ad eos, a Consiliariis ad Quem appellatio.

11mo.

Quis nominat ~~Consili~~ Consiliarios Universitatis.

12mo.

Universitas tota Judicans causam aliquam quem Processum servat. a tota Universitate ad Quem appellatio.

13tio.

Quis Notarius Actorum Judiciorum Rectoris. Ubi conservantur Acta Judiciaria Rectoris. a quot Annis reperiuntur Acta Judiciaria Rectorum.

14to.

Quis Notarius Actorum Judiciariorum Consiliariorum, & totius Universitatis.

15to

15to

De Iurisdictione Rectoris extrajudiciaria detur ple na descriptio, et de ejus muneribus, Officiis atque obligationibus.

16to.

Habitus Rectoris quis et qualis in Functionibus publicis, cum quibus insigniis.

17mo

Quomodo eligatur Procurator Universitatis, quale Officium illius, & quae pensio.

18vo.

Quomodo eligatur Syndicus Universitatis, quale Officium illius, & quae pensio.

19no.

Procurator Universitatis quomodo reddit calculum de Proventibus Universitatis. An unus est Procurator Bonorum, alter Caussarum.

20mo.

Proventus Universitatis ubi reconduntur. Et quis clavem teneat. Unus an plures.

21mo

Fiscarius Universitatis quomodo creatur, quae sunt ejus munia et obligationes. Officium ejus si est perpetuum vel temporale ad arbitrium et cujus.

22do

Quod est munus Procancellariorum Facultatum. Quomodo eligantur.

23tio

De Bidellis quomodo fiunt, et salariantur, de Officiis accidentibus, et habitu eorundem detur de

scriptio.

24to.

Professor Cursus Vladislaviani, Orator Tyliica nus Professores Scholarum Novodvorscianarum, Professores Linguarum Gallicæ, Græcæ, Germanicæ Item ars pictorea & quorum singulorum Fundationes quoniam pertinent ad Universitatem, ideo de eorum dote præsenti & deperdita, atque de annua pensione docebit Universitas, Siquidem Facultas Philosophica rationem ex his reddere nequivit.

25to

Album Universitatis quando suam originem sumpsit, ad quid tenentur qui Albo inscribantur. Quibus Privilegiis seu Prerogativis gaudent, & quæ observari solent circa Inscriptionem in Album.

26to.

Ex publica fama habetur, quod in Universitate sit Historicus Regni, seu Scriptor Historiæ Polonæ, hic an habeat fundationem, an reperiatur.

27mo

De Convocationibus Universitatis quot fieri solent in Anno Ordinariæ, sicut etiam de Convocationibus extraordinariis, describatur informatio plane.

28vo.

Decisiones et Resolutiones Universitatis quomodo fiunt, voce clara an per Vota Secreta.

29no

Quis connotat Vota. Quis conscribit decisiones

30mo

30.mo.

Archivi Universitatis an Regestra sint exacte conscripta et hic porrigantur.

31mo.

Quis Archivista. et quae ejus pensio.

32do

Archivum ubi nam sit. et quae ejus Securitas.

33tio.

Privilegia Documenta et omnes Codices constituentes Archivum an conserventur in Scriniis & omnis Ordo Archivi describatur.

34to.

Bibliothecae Universitatis quis primarius Fundator.

35to.

Quis Bibliothecarius, quod ejus Salarium, quae cura Bibliothecae, quis fundus augendi eam, quis usus Bibliothecae, et quae commoditas publica tam Professorum Universitatis, quam etiam extraneorum.

36to.

Regestrum Librorum & Manu Scriptorum Bibliothecae, & quae caetera in Bibliotheca Universitatis reperibilia, producantur.

37mo.

Collegii Majoris quis Fundator.

38vo.

Quae dos conservationis Sartorum tectorum.

39no

Quot cubiticula teneant ad inhabitandum Professoribus, quot Lectoria, seu detur accuratissima descriptio omnium Materialium Collegii Majoris.

40mo

Collegae Majores unde habent victum communem, qualem, quis Curam habet victus, & ubi conveniunt ad manducandum, & in quali vestitu, Cerevisiam an habeant ad Mensam, et caetera quibus diebus datur.

41mo

Praepositus Domus Collegii Majoris si qui est, quod ejus Officium, & quando fiat, an eligatur et constituatur, an est perpetuus.

42do

Fundatio Ruszczeviana qua ratione in usum Seminarii conversa, ex qua Professores & Studiosi Matheseos participabant.

43tio

De Fundatione Strzalkoviana & Tragnoviana doceat plene.

44to

De Prossis Sex à Procuratore Universitatis noviter electo Decano dari solitis informet.

45to

Antiquae Ordinationes, quonam differant

a Novella

a Novella, detur descriptio.

46to

Item de fundatione Professoris Grawattiani Linarii informatio.

47mo

Quos Canonicatus Cathedrales? Collegiatas, et quae Beneficia habet Universitas incorporata.

48vo

De reformatione Jastrzebski Episcopi, de Reformatione Rectorali Universitatis sub Rectoratu Dobrocietski, de deputatione Mamczynski vel Jarmundowicz in ordine ad reformandam Universitatem, et haec ad manum porrigentur in Originali.

49no

Census quomodo congregatur, exponatur, et quae ejus Massa.

50mo

Massa Collectarum Eleemosynarum, legatorum &. tum Clenodiorum, tum aliorum oblatorum pro Canonisatione B. J. Cantii.

51mo

Calculus ex his omnibus, & ratio reddenda in praesenti Visitatione.

Puncta visitandæ Facultati Theologicæ ad respondendum porrecta pro Die 15ta Februarii

1mum

Facultas Theologica fundata in Universitate Cracoviensi à quo, quando? respondeant.

2dum

Dos hujus Facultatis originalis qualis, quanta, in quibus inscripta Bonis, utrum sit aucta per Quem vel diminuta quare?

3tium

Communitas Facultatis hujus quibus Statutis, Privilegiis regitur?

4tum

In hac Facultate quot & qui Doctores, quot et qui Actuales Professores, quot & qui Laureati, de Nomine et Cognomine exprimant.

5tum

Ad quid obligantur Doctores in dies, ad quid Actuales Professores, describant.

6tum

Quis Professorum & quam diu tradit Lectionem Theologiæ Speculativæ, quis Moralis, quis Controversæ, quis denique Polemicæ.

7mum

Quot Professores primitus fuerant ex mente Fundationis, quot ad præsens existunt.

8vum

Communitas Facultatis Theologicæ quos habet Proventus annuos, quantos, et quibus Villis, atque horum Bonorum Villæ singulæ quomodo vocentur, à quo sint donatæ, et quando doceat, atque de avulsis narret.

9num

Divisio ex Proventibus quibus diebus fit, per quem, utrum

æqualis inter Doctores & Professores.

10mum

Mensa Communis Doctorum et Professorum an fuerit fundata et ad presens detur.

11mum

Qui modus habetur in creandis Baccalaureis, Doctoribus et Professoribus.

12mum

In obtinendis Laureis primis & Secundis quales exiguntur expensæ.

13tium

Doctores et Professores Facultatis Theologicæ quæ habent Beneficia annexa Professoratibus suis, quæ Collegio, quæ accesserunt, quæ possident et quæ non.

14tum

Emeriti Doctores et Professores utrum habeant Seorsivos Proventus.

15tum

Locum residentiarum ubinam habent, cum descriptione earum Status qualis sit et ad quem Spectat reparatio.

16tum

Jura Facultatis Theologicæ utrum omnia salva sunt et illæsa.

17mum

Locum ubi Solent tradi Lectiones Theologicæ Statumque ejus describant.

18vum

Auditores Theologiæ Speculativæ, Moralis controversæ etc quot numerantur, de Nomine, Cognomine, ætate et conditione exprimatur.

19num

Disputationes quando quoties in Mense fieri solent.

20mum

20mum

Decanus Facultatis Theologiae quis, à quibus eligitur; et quam diu persistit

21mum

Professor Theologiae utrum omnino per se ipsum tradere tenetur Lectionem suam an potest per Substitutum.

22dum

Procurator Bonorum quis sit, et utrum quotannis facit Calculum, & Coram quo.

23tium

Ad ampliationem Facultatis Theologiae quae desiderantur narrent.

24tum

De Processibus si qui exstant ratione non persolutionis Censuum etc. doceant.

25tum

Vacationes Studiorum quam longo tempore durent.

26tum

Iura, Documenta, Erectiones originaliter monstrent.

27mum

Proventus accidentales pro Doctoratu etc. describant.

28vum

Utrum est aliqua fundatio pro frequentantibus Lectiones Theologicas et sub cujus Protectione existat.

29num

Desideria ad reformationem futuram quae Facultas Theologica habere possit declarent.

Responsiones Theologicae Facultatis ad Puncta Illustrissimi Visitatoris Subdelegati eidem Facultati porrecta.

Ad 1mum

Facultas Theologica in Universitate Cracoviensi fundata est per Serenissimum Vladislaum Jagelonem Poloniarum Regem Anno Dñi 1397. eodemque Anno instantibus Serenissimis Majestatibus dicto Vladislao et Consorte ejus Hedvige Die S. Higini Papae Mart. approbata per Bonifacium IX. Pontificem Maximum, ut constat ex Ejus Bulla, cujus contextus incipit. — Eximiae devotionis etc. Atque eadem Facultas Anno mox sequenti videlicet 1400. in locum Collegium Majus vocitatum per praelibatum Serenissimum Vladislaum introducta.

Ad 2dum

Dos hujus Facultatis primaeva fuit in Telonio Regio, ex quo pendebantur Sae Theologiae Professoribus, Doctoribus et Magistris Centum Marcae, ad praesens vero ex istis Marcis Facultas Theologica nihil participat. sed duntaxat Soli Philosophi quatuor Nro dicti Professores Regii floren. 40. annuatim pro una Persona percipiunt. Nam postquam Idem Serenissimus Vladislaus Jagelo Rex Poloniarum et M.D. Lithv. Anno Christi 1401. Feriâ 3tiâ infra Octavam Assumptionis Sae Mariae Virginis Universitati pro Doctoribus, Professoribus & Magistris Sae Theologiae Praelaturas, Canonicatus et Praebendas /: exceptâ Praepositurâ et Custodiâ :/ Ecclesiae Collegiatae S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam Sitae, tum quoque Cancellarias Regales tres videlicet Majoris Poloniae Siradiensem et Lanciciensem incorporaverat, primaevam illam fundationem ut pote Marcarum 100. in Telonio Magistris Artium nimirum Philosophis voluit applicari. Anno deinde 1425 Idem Serenissimus Vladislaus Jagelo Juspatronatus Custodiae dictae Collegiatae

giatæ S. Floriani Studio Generali Cracoviensi pro Professore Theologo incorporavit, et adscripsit ipso Die Dominico Invocavit, Privilegio suo quod incipit = Vladislaus etc = Quod cum Supernæ etc. =
Tandem Anno Dni 1590 Serenissimus Sigismundus III. Rex Poloniarum in Conventu Generali Varsavien. Die 12. Mensis Aprilis Incorporationem Præpositurae dictæ Collegiatæ S. Floriani, jam alias per Serenissimos Reges Prædecessores Suos Sigismundum Augustum et Stephanum Bathoreum Universitati factam ratificat et approbat.
Hæc Dos S.æ Theol.æ Facultatis aucta est.
1mo. Per Rndmum Burzynium Canonicum Cathedralem Cracovien. S.C. 18000. floren. Polon. à qua Summa Census primævus fuerat 1200. flor. Polon. ad præsens tantum est floren. 600. Cujus Census medium cedit Doctoribus et Prfribus S.æ Theologiæ obligatis ad interessendum Anniversario pro Anima Fundatoris quotannis celebrando, medium vero Doctoribus et Prfribus Juris. Hæc Summa inscripta et Coram Actis Castren. Sandecen. post Festa Solennia Sacri Paschatis Anno 1693. super Bonis Więckowice et Grabno, Census ab ea jam ab aliquot Annis retentus Jure vindicatur.
2do Aucta fundatione Cursuum Theologicorum nempe Speculativi et Moralis, quorum Fundatores Mathias Caponius Officialis Kielcensis in Universitate hac Anno 1605 die 29. Martii Laureatus, et Nicolaus Plebanus Gorczycen. Oblomkovii Pinczovienses Fratres inter se Germani super S.C Talerorum Imperialium Trium Millium Quingentorum quemlibet Talerum florenis tribus computando cum Censu annuo reemptionali 245 Talerorum Imperialium inscripta super Bonis Zborow cum Fortalitio, Curia, Prædio, Kikow, et Prædio Zukow in Palatinatu Sandomiriensi, Districtu Visliciensi jacen. & Consisten. Coram Officio et Actis Castren. Sandomirien. Feria 2da post Festum Purificationis B.æ M. V. Anno Dni 1652. ab hac
summa

Summa Procurator Universitatis Censum vindicat et Professoribus Theologiæ Speculativæ et Moralis dum recipit solvit. Hæc Summa Talerorum 3500 reducta ad Summam 10500. Floren. à qua Census per medium floren. 367 gross. 15 qui Census semper mediis Iuris cum ingenti damno vindicatur, uti defacto vindicatus fuit pro Annis 6. in Anno 1763. pro Festo S. Ioannis Baptistæ, pro qua Vindicatione expensi Floreni 183 gross. 28 Professoribus sunt detruncati, à quo Anno iterum Census retentus Iure vindicatur.

3tio. Aucta est Fundatione Cursus Sacramentalis per M. Martinum Radyminski in Universitate hac Phiæ Drem Regium Psrem Collegam Majorem qui pro præfato Cursu ordinavit Summam duorum Millium aureorum Hungaricalium in Specie justissimi ponderis et Valoris cum Censu annuo Centum quadraginta aureorum inscriptam et locatam in Bonis Bestwina et Komorowice in Districtu Zathoriensi jacentibus, ut constat ex ejus Testamento Anno 1661. confecto. Quæ Summa reducta est in Summam Duodecim Millium florenor. polon. à qua ad præsens Census penditur Floren. 420. per medium. Ex quibus Professor Cursus Sacramentalis percipit florenos 350. Ad Bibliothecam Collegii Majoris cedunt floren. 17. Procuratori Universitatis floreni 5. jam verò Almæ Universitati floreni 48. juxta Ordinationem Fundationis.

4to. Denique aucta est novissime per Perlrem olim M. Christophorum Sowinski S. Theologiæ Drem et Psrem Collegam Majorem, Collegiatæ S. Floriani Decanum 12000. floren. polon. quæ Summa in Bonis Villarum Xięznice Magna et parva locata cum Censu annuo 720 floren. Coram Actis Castren. Cracovien. Feria 4ta post Festum SS. Trium Regum Anno Dni 1701. Deportata tandem cum suo Censu ex dictis Bonis Xięznice, ac in tota ac integra Villa Iakubowice cum Curia et Prædio ibidem sitis in Palatinatu Cracoviensi, Districtu Pro

sovicensi jacente inscripta per Mcum Felicem Mihało
wski in Castro Cracoviensi Feria 2da in Vigilia Festi Sti Jo
annis Baptistæ Anno 1755.
Ex præmissis patet quod eadem Dos Sae Facultatis sit di
minuta partim ob reductionem Summarum Originalium,
partim ob rationem Census per medium provenien. par
tim ob difficilem et non sine Strepitu Forensi ejusdem
Census receptionem.

Ad 3tium

Communitas Sae Theologiæ Facultas habet sua Statuta
quibus regitur ad normam Parisiensis et aliarum Univer
sitatum, atque juxta Privilegia tam P.M. Bonifacii IX
Pontificis Maximi, quam Serenissimorum Regum, iisdem
Privilegiis gaudet, quibus Sacra Facultas Parisiensis.

Ad 4tum

In Facultate Theologica sunt Doctores Quinque a
ctuales, Professores quoque Actuales Quinque Laureati
vero seu Baccalaurei Duo.

Doctores sunt sequentes.

1mus. Mcus Perillis Addm Rndus Dnus. M. Casimi
rus Steplowski Collegiatæ S. Floriani Decanus, ad præ
sens Universitatis Rector. Promotus in Universitate
ad 1mam in Phia Lauream Anno 1721. die 5ta
Aprilis. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno
1743. Die 23. Decembris. laborat in Universitate
Annis 45.
2dus. Perillis Rndmus M. Adalbertus Grzymała
Ecclesiæ Cathedralis Cracovien. Canonicus Senior Pater
Universitatis promotus ad 1mam in Phia Lauream An
no 1717. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno
1738 die 19 Maji laborat Annis 49.
3tius Perillis Addm Rndus M. Antonius Krzanowski
Collegiatæ S. Floriani Præpositus. Promotus ad 1mam
in Phia Lauream Anno 1720 die 19 8bris. Assumptus
ad Theologicam Facultatem Anno 1744. die 7. 9bris
laborat

laborat Annis 46.

4tus Perillrs Addm Rndus Dnus Michael Czyrnicki Collegiatæ S. Floriani Custos. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1724. die 31. 8bris. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno 1752. die 25 Junij laborat Annis 42.

5tus. Perillrs Addm Rndus M. Adalbertus Bie gaczewicz Collegiatæ S. Annæ Decanus, Curatus Zie loneceny. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1725 die 24. Martii. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno 1752. die 3. Julii. laborat Annis 41.

Professores sunt sequentes.

1mus. Illrs Addm Rndus M. Antonius Zołędzio wski Collegiatæ S. Floriani Canonicus. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1726 die 27. Aprilis Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno 1752. die 5 Julii est in Universitate laborans Annis 40.

2dus. Illris Addm Rndus M. Josephus De Clos Collegiatæ S. Floriani Canonicus. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1725. Assumptus ad Facul tatem Theologicam Anno 1751. die 23. 9bris. laborat annis 41.

3tius Illrs Addm Rndus M. Antonius Woyciecho wski. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1729. Assumptus ad Facultatem Theologicam Anno 1751. die 24. 9bris. Præpositus ad S. Nicolaum. labo rat Annis 37.

4tus. Illrs Addm Rndus M. Joannes Rygalski Col legiatæ S. Floriani Canonicus. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1738. die 15 9bris. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno 1759 die 11. Julii laborat Annis 28.

5tus Illris Addm Rndus M. Michael Mrugacze wski Collegiatæ S. Floriani Canonicus. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1742. die 31. 8bris

Assumptus ad Facultatem Theologicam Anno 1763. die 6. Maji laborat Annis 24.

Baccalaurei sunt sequentes

1mus Illris Addm Rndus M. Adalbertus Foltanski Collegiatæ S. Floriani Canonicus. Promotus ad 1mam in Phiâ Lauream Anno 1744. die 31. Martii. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno 1765. die 14. 9bris laborat Annis 22.

2dus. Illris Addm Rndus M. Stanislaus Patelski Collegiatæ S. Floriani Canonicus. Promotus ad 1mam in Phia Lauream Anno 1744. die 31. Martii. Assumptus ad Theologicam Facultatem Anno 1765. die 26. 9bris laborat Annis 22.

Ad 5tum

Omnes Doctores et Prfres Theologiæ Facultatis ad Lectiones tradendas et explicandas obligantur. Professores de die in diem. Doctores vero semel in Septimana, nisi quis ex Doctoribus Cursum acceperit tradendum, quo in casu teneretur eundem tradere indies. Professores quoque tenentur ad Sermones Quartuales sub tempus Votivæ pro felici Successu Serenissimi Regis et Omnium Ordinum Regni, obligantur quoq ad Disputationes tam Publicas quam Lunares quolibet Mense peragi solitas.

Ad 6tum

Professor Cursus Polemici seu Controversi, hic adpræsens traditur per Magnificum Rectorem indies ab Anno 1760. Professor Cursus Speculativi intra triennium finiendi Illris Woyciechowski. Professor Cursus Moralis similiter intra triennium consumandi Illris Dellos. Professor Cursus Sacramentalis intra biennium terminandi Illris Rygalski.

Ad 7mum

Professores primitus fuerunt Quatuor ob defectum Fundationum

dationum postquam vero incorporatæ sunt Præbendæ S. Floriani auctus est eorum Numerus, ut tot sint, quot sunt Præbendæ, adeoque Doctores et Prfres in Præbendis præfatis fundati sunt Novem. Nimirum Præpositus, Decanus, Custos, et Canonici Sex. Præterea Rndmus Canonicus Cathedralis Cracoviensis Fundi Lethowice Theologalis est Decimus. Decanus Collegiatæ Sæ Annæ simul Curatus Zielonecensis vigore Erectionis habet libertatem vel manendi in Philosophica Facultate, vel ascendendi Theologicam, si manet, leget in Phiã. si ascendet tradet Lectionem Theologicam. Præpositi quoque S. Annæ et S. Nicolai quando assumuntur ex Collegio Majori, si assumantur ad prædictas Præposituras Theologi, legunt in Theologia, si ex Philosophis legunt ex Phiã, si vero assumuntur ex Collegio Juridico, legunt in Iure.

Ad 8vum

Communitas seu Facultas Theologica habet Proventus ex Præbendis S. Floriani, hoc est ex Prælaturis et Canonicatibus tum quoque Cancellariis Regalibus Tribus Majoris Poloniæ, Pokrzywien., Siradiensi, Lanicien. Adquas Præbendas spectat Villæ sequentes Xiaznice, Sors in Igołomia, Czaple Minor, Krepa, Wistka et Lubienko. Et præterea habet Decimas ad easdem Præbendas spectans. Proventus quoque ex dictis Regiis Cancellariis est in Decimis Siradiensibus, et Opocznensibus. Isti tamen Proventus pro diversitate temporum diversi sunt. Ex his Proventibus nihil participat Præpositus S. Floriani, cum habeat distinctos à Capitulo.

Ad 9num

Divisio Proventuum fit binis vicibus in Anno per Procuratorem V. Capituli S. Floriani circa Festum SS. Trium Regum, et circa Festum S. Joannis Baptistæ, quæ est æqualis inter Doctores et Professores.

præter Decanum, Qui ultra æqualem portionem perci pit florenos 100. Ex quo Illi competit Jurisdictio et attentio plena in Ecclesia tam in Majori, quam in Minori Capitulo. Hi autem Proventus tali modo di viduntur — Una pars cedit pro reparatione Ecclesiæ et ædificiorum ad Ecclesiam pertinentium, altera pro Salariis Ministrorum Ecclesiæ, Cera & Vino ad Eccle siam 3tia pro Divinis Officiis in eadem Ecclesia per Doctores et Professores absolvi solitis, reliqua tandem pars convertitur pro Studio Theologico.

Ad 10mum

Mensa Communis Doctorum et Professorum hujus Facultatis est in Collegio Majori quæ apponitur tam Theologis quam Philosophis in eodem Collegio actu ma nentibus ex Proventibus Bonorum Domus Collegii Majoris. Qui autem Theologi manent extra Collegi um hi Mensam sibi de Beneficiis suis procurant.

Ad 11mum

Modus in creandis Baccalaureis Doctoribus & Profes soribus Theologiæ talis ab antiquo et ad præsens observa tur. Quotiescunque occurrit vacare locum in Theologi ca Facultate, toties unus ex Facultate Philosophica Pro fessor per V. Communitatem Collegii Majoris assumi tur, cum Facultas Philosophica sit Seminarium omnium Facultatum, qui sic Assumptus præsentatur Doctoribus et Magistris Theologiæ per unum ex eadem Theolo gica Facultate Profrem. Qui Doctores et Magistri The ologiæ præsentatum suscipiunt, et utrum sit idoneus ad Theologicam Spartam ornandam 1mo Coram ipsis su bit rigidum tentamen ex Theologia, tandem si in tenta mine bene respondet, assignat ipsi diem Examinis, pro quo Examine extradit ipsi tres Quæstiones Decanus ejusdem Facultatis ex Summa D. Thomæ Doctoris An gelici 1mam ex 1ma parte, 2dam ex 2da, 3tiam ex 3tia Parte quas Quæstiones Scholastice et Magistraliter

Coram

Coram Doctoribus et Decano Ejusdem Facultatis debet prom
pte decidere et explicare dubia, quæ Ipsi per Decanum et
Doctores proponuntur resolvere, quibus dubiis sic reso
lutis primo adornatur Dalmatio Theologico, postmo
dum facit Professionem Fidei et Juramentum The
ologicæ Facultati, et tandem à Decano Ejusdem Facul
tatis vel alio Magistro et Doctore renuntiatur Bac
calaureus in Theologia, et accipit potestatem ascenden
di Cathedram Theologicam, et ex illa publice docendi,
in qua Cathedra principium faciens solet habere breve
Prologuium ad invitatos Auditores pro futura Lectio
ne tradenda cum determinatione horæ.
In creandis vero Doctoribus Theologiæ talis observa
tur modus = Imo Doctorandus debet perlegere Cur
sus Theologicos uti Speculativum, Moralem et Sa
cramentalem, ex ordine qui ipsum tangit, et ex his Cursi
bus Disputationes publicas absolvere quolibet Anno cir
ca Festum B. Ioannis Cantii, Item quolibet Mense
quoties Ipsum Ordo tetigerit Lunarem Disputatio-
nem expedire oppugnantibus Eundem uno Doctore, et
altero Professore. Item quolibet Quartuali ex turno
debet habere Sacrum Sermonem in Ecclesiis Collegia
ti S. Annæ et OO. SS. in facie Universitatis Con
gregatæ, et aliorum Hospitum. His præmissis et pera
dis præsentatur toti Universitati et petit ut possit suo
tempore Doctoratum obtinere, quem Universitas remittit
ad Doctores et Magistros Theologiæ, qui Doctores &
Magistri præmisso tentamine et examine ut supra eun
dem remittunt ad Celsissimum Cancellarium Universi
tatis, vel ad Perillrem ProCancellarium Theologicæ Fa
cultatis pro obtinenda licentia in Theologia, pro qua
obtinenda debet prius absolvere publicam Disputatio
nem typis impressam, in qua Disputatione tenetur per
se omnia dubia resolvere, et ad illa respondere. Tan
dem præmissa Professione Fidei et Juramento, ProCan
cellarius dat ipsi publice Licentiam obtinendi Doctora

tum in Theologia, et remittit eundem ad Theologiae Facultatis Decanum ac Doctores Ejusdem Facultatis. Qui Decanus cum aliis Doctoribus et Magistris facta Convocatione, et praemisso Consilio ac Consensu Omnium Doctorum et Magistrorum determinat ipsi diem pro absolvenda Disputatione publica, quam tenetur typis mandare, ac pro illa extraneos Doctores Magistros, scilicet ex aliqua Religione invitare, publiceque in praesentia Hospitum defendere, qua finita tenetur Hospitibus invitatis et toti Universitati Coenam apponere. Quibus sic peractis interjecto aliquo temporis intervallo, iterum per Decanum extraditur Convocatio Doctorum et Magistrorum Sae Facultatis, in qua Convocatione eligitur Promotor Doctorandi, et determinatur dies Promotionis, quo adveniente praevio Mandato per Magnificum Rectorem extradito in Ordine ad convocandam Universitatem. Eadem Universitas promovendum praecedentibus cum Sceptris, Bedellis duobus tertio vero immediate ante promovendum et Mficum Dnum Rectorem procedente deducit ad Ecclesiam Collegiatam Dae Annae, vel ad Lectorium CC. DD. Theologorum ubi occupatis per Hospites et Universitatem locis ad id praeparatis Promotor ascendit Cathedram in loco eminentiori sitam, et brevem Orationem in commendationem Promovendi dicit, qua finita iterum Orator Tylicianus vel alius Professor perorat Orationem juxta Formam Oratoriam compositam in laudem Sae Theologiae, qua finita Promovendus facit publicam Fidei Professionem et interea distribuuntur Panegyres in laudem Promovendi. Quibus sic expeditis per Promotorem Promovendus renuntiatur Doctor in Sacra Theologia. Et tandem finito actu Promotionis Universitas modo supradicto in suis Distinctoriis congregata Neo=Doctorem reducit ad Collegium. Post reductionem vero Neo-Doctor apponit Mensam Universitati

sitati et Hospitibus. Et insuper Neo-Doctor tenetur ad manus Procuratoris Universitatis enumerare florenos 200. distribuendos inter Doctores et Professores in Actu Promotionis presentes.

Ad 12mum

Expense pro Magisteriatu seu Doctoratu in Sacra Theologia patent ex resolutione immediati puncti. Pro Baccalaureatu expenduntur circiter 13. Aurei, qui Aurei frequenter si non intoto saltim in parte condonantur habito respectu Persone.

Ad 13tium

Doctores & Professores Sac Theologie nulla habent Beneficia annexa sue Facultati preter Prebendas Ecclesie Collegiate S. Floriani, et preter Canonicatum Cathedralem Cracoviensem Fundi Lethowice ut responsum ad 7mum.

Ad 14tum

Emeriti Doctores et Professores nullos habent Seorsivos Proventus, sed equaliter ex Prebendis Collegiate S. Floriani participant exceptis Rndmo Canonico Fundi Lethowice et Preposito S. Floriani.

Ad 15tum

Locum et Residentiam Doctores et Profres Theologie habent in Collegio Majori, exceptis Prepositis S. Floriani qui semper debet esse Theologus. S. Nicolai et S. Anne si fuerint Theologi, hi enim habent proprias Residentias extra Collegium, quas propriis sumptibus reparare tenentur, jam vero reparatio Collegii Majoris, et in eo Residentiarum sicut et aliorum Collegiorum spectat ad Procuratorem Universitatis. Status autem Residentiarum in Collegio Majori obstante Loci artitudine, etiam pro paupertate Academica non adeo commodus.

Ad 16tum

Iura Facultatis Theologiæ salva sunt per Dei Grati am et illæsa.

Ad 17mum

Locus ubi tradi solent Lectiones Theologiæ est Lecto rium CC. DD. Theologorum communiter vocitatum, pi cturis et Imaginibus Benefactorum satis compte a dornatum.

Ad 18vum

Auditores Theologiæ Speculativæ, Moralis, Sacra mentalis, Controversæ et aliorum Tractatuum quos tra dunt Doctores et Baccalaurei de Nomine et Cogno mine, ac conditione porriguntur.

Ad 19num

Disputationes publicæ Mense Obri circa Festum B. Ioannis Cantii ex Theologia Speculativa, Morali, Sa cramentali et Controversa expediuntur per Professores dictorum Cursuum. Et præter has Disputationes pu blicas absolvuntur aliæ Disputationes, quæ vocantur Lunares, ex hismet Cursibus et aliis Tractatibus op pugnantibus Doctoribus & Professoribus Theologiæ. Insuper qualibet Septimana solent esse Circuli Schola stici tribus Vicibus uno Auditore defendente Coñes, altero oppugnante.

Ad 20mum

Decanus Facultatis Theologiæ ad præsens est Illris Adam Rndus Dnus M. Michael Czyrnicki Sæ Theologiæ Doctor et Psfr Ecclesiæ S. Floriani Cu stos, Qui Decanus eligitur in Convocatione per omnes Doctores & Magistros ejusdem Sæ Facultatis et per sistit per Annum, Cujus Officium est diligentias Docto rum et Prfum in Libro Metrices annotare, et negli gentias Eorundem Magnifico Dno Rectori ad puni endum deferre.

Ad 21mum

Doctor

Doctor et Professor S[ae] Theologiae omnino per se ipsum tradere tenetur Lectionem suam, nisi sit infirmitate pressus, aut in aliquo publico Universitatis negotio absens a Cracovia, quibus in casibus per Substitutum Profrem in eadem Theologica Facultate Lectionem suam tradere obligatur.

Ad 22dum

Procurator Capituli S. Floriani (: qui ad praesens est Illrs Addm Rndus M. Joannes Rygalski S[ae] Theologiae Prfr, Ecclesiae S. Floriani Canonicus :) quolibet Anno facit Calculum de Perceptis et Expensis Coram V. Capitulo S. Floriani, quod constituitur ex Solis Theologis actu in Facultate Theologica laborantibus, Decanus tamen obligatur per legem vindicare Census & Decimas, rationemque reddere, ut tamen hoc onus sibi alleviet non impedit lex ut eligatur alius ex Canonicis aut Praelatis Procurator ad hoc munus sicut ad praesens est.

Ad 23tium

Ad Completionem Facultatis Theologicae saltim unus desideratur Professor, qui tradat de die in diem Historiam Ecclesiasticam.

Ad 24tum

Processus ratione non persolutorum Censuum à Summis Capitalibus pro Cursibus (: de quibus supra :) tum pro vindicatione Decimarum tam Manipularium quam Pecuniariarum in diversis Subselliis, ut pote in Curia Romana cum Capitaneatu Dobrovecensi, in Consistorio Generali Cracoviensi, tum in Variis Castris, ut pote in Castro Cracoviensi, Neo Corcinensi etc actu agitantur.

Ad 25tum

Vacationes Studii Theologici inchoantur à Festo S. Margarethae et durant ad Festum S. Bartholomaei. Item à Festo Translationis S. Stanislai ad Festum OO. SS.

tunc enim per hoc Spatium absolvuntur Disputationes publicæ tam Theologorum quam Philosophorum, et præterea Lunares Philosophorum, quibus adesse obligantur pro possibili. Intra hoc tempus fit Electio Rectoris, Inauguratio Ejusdem, Convocationes in Collegiis, Examen Candidatorum ad Baccalaureatum in Philiã. Item à Dominica Passionis per totum tempus Confessionis Paschalis.

Ad 26tum

Jura Documenta et Erectio Studii Theologici patent ex Privilegio Vladislai Regis et Approbatione Sedis Apostolicæ per Bonifacium IX Summum Pontificem, tum etiam ex Libro Beneficiorum et Visitatione Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani.

Ad 27mum

Proventus accidentales pro Doctoratu in Theologia Facultate patent ex resolutione ad Punctum 11. et 12 data. Quod si vero obloquitur Punctum de Doctorandis Personis extraneis, ab his nunquam certa Summa exigitur, sed Sponte oblatis fit contenta Facultas.

Ad 28vum

Pro frequentantibus sive Audientibus Lectiones Theologicas nulla est Fundatio Specialis licet necessaria esset. Est quidem Roszczeviana pro Novellis Magistris sed hæc Servit indiscriminatim tam Auditoribus Theologiæ, quam Juris, Medicinæ, Matheseos et aliarum Lectionum ut patet ex Conclusione Universitatis Anni Dñi 1744. lata.

Ad 29num

Desideria quæ poterit habere Theologica Facultas, communicato prius cum Doctoribus et Professoribus Ejusdem Facultatis eum in finem Consiliõ, in scripto porrigentur.

Puncta in Ordine ad visitandam Facultatem Juridicam, Ejusq Collegium.

1mo

Facultatis Juridicæ seu Studii in Eadem, quæ sit origo? Fundatio, quæ Privilegia, Statuta & Officia?

2do

Collegium Juridicum seu Communitas Ejusdem, quibus Statutis regitur, & si omnia in Observantia et executione sunt.

3tio

Quot Professores primitus fuerunt, quot & qui ad præsens, quas Lectiones tradunt, quæ Exercitia Juris in Praxi servant, et qui sunt ad præsens Jurisprudentiæ Auditores?

4to

Communitas Collegii Juridici, tum Lectiones in Jure, quos Proventus & Fundationes habent? qui ab origine fuerunt? qui diminuti, & qui totaliter perierunt.

5to

Doctores et Professores Collegii Juridici, quæ habent Beneficia annexa Professionibus suis, quæ Collegio suo, & quæ eidem accesserunt, et quorum in Possessione non est, et quæ sunt, ac debeant esse alternativa?

6to

Conservatio Ædificiorum Collegii Juridici, tum Domus Canonicalis ad quem pertineat, et per quem sustineri debeat? et quis ad præsens Status eorum?

7mo

Jura Collegii Juridici an omnia et singula sunt in toto salva, & illæsa?

8vo

Ad ampliationem Facultatis Juridicæ et Studii ejusdem

quæ desiderari possunt.

9no

Mensa Communis Doctorum & Professorum in Collegio Juridico an fuerit fundata, et ad præsens an detur.

10mo

Desideria ad reformationem futuram quæ Facultas Juridica et Collegium Ejusdem habere potest.

Legitimatio

Jurium, Statutorum, Privilegiorum, Fundationum, Proventuum, Studiorum, ac aliorum sub tempus Visitationis Apostolico-Regiæ Facultatis Juridicæ, Ejusdemque Collegii per Illustrissimum & Reverendissimum Dominum Josephum Chyczewski, Archidiaconum Cathedralem Cracoviensem quà Delegatum Visitatorem Apostolico-Regium à Celsissimo Illustrissimo & Excellentissimo Domino, Domino Cajetano Soltyk, Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopo Cracoviensi, Duce Severiæ, Equite Aquilæ Albæ, Cancellario Universitatis Cracoviensis, Ejusdemque Visitatoris Apostolico-Regii constitutum. Anno Domini 1765. Die 12. Mensis Novembris cœpta, ac demum perfecta. Et quidem

Quo ad Imum

videlicet Originem, Fundationem, Jura, Statuta, Privilegia ac Officia Facultatis Juridicæ

Facultas Juridica & in eadem Studium erectum, fundatumque est Cracoviæ per Casimirum Magnum Regem Poloniæ Anno Christi 1364. ut patet ex Privilegio ejusdem, quod incipit = Ea, quæ Regalis munificentiæ = ibi = Preterea Scholas debitas exnunc ordinavimus pro legendo Jure Canonico & Civili, Medicinis et Artibus Liberalibus, Hospitiaque competentia deputavimus pro Doctoribus, Magistris, Scholaribus, Scriptoribus, Stationariis & Bedellis =.

Id ipsum colligitur ex Bullis Urbani V, qui in Pontificatum evectus est Anno 1362. Et quidem Ima, quæ incipit = In Suprema Dignitatis Apostolicæ Specula = ibi = Authoritate Apostolica Statuimus, & etiam ordinamus, ut in dicta Civitate Cracoviensi de cætero sit Stu

dium Generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeat, tam in Juris Canonici & Civilis, quam alia qualibet licita ; praeterquam in Theologica :/ Facultate =. Item ex altera Ejusdem Pontificis Bulla, quae incipit = Decet Regiam Celsitudinem = ibi = Tuis in hac parte Supplicationibus inclinati ad Fratrum Nostrorum consilio per alias Nostras Litteras duxerimus Statuendum ac etiam ordinandum, ut in dicta Civitate hujusmodi Studium existeret Generale, illudque perpetuis temporibus inibi vigeret, tam in Juris Canonici & Civilis, quam alia qualibet licita, praeterquam in Theologica Facultate = Utraque autem Bulla edita est Pontificatus Anno II. Sed prima, sub Datum Avenione Calendis Septembris, altera sub Datum Avenione Idibus Septembris. Ex quibus Erectionis Litteris ac Bullis Summi Pontificis liquet, Facultatem Juridicam antiquitate esse priorem Facultate Theologica, dignitate vero priorem aliis Facultatibus.

Successu vero temporis Anno 1400. postquam Vladislaus Jagello Rex Poloniae Anno 1397. obtinuerit apud Bonifacium IX approbationem & erectionem Facultatis Theologicae, in eadem Urbe Cracoviensi Studium Generale per Privilegium suum, quod incipit = Quia tunc multis errorum = in omni Facultate fundavit & ordinavit, ibi = In Cracovia Civitate Nostra locum, ubi Studium vigeat Generale, in qualibet licita Facultate de consensu, voluntate, et scientia ac Indulto Sanctissimi in Christo Patris Domini, et Dni Bonifacii Dei Providentia Papae IX. Sacro Sanctae Romanae, & Universalis Ecclesiae Summi Pontificis, ipsum benigne per Bullarum Suarum concessionem confirmantis, ut pote in Theologiae seu Sacrae Scripturae, Juris Canonici, Legum, Physicae, & Artium Liberalium Facultatibus nominandum, erigendum, constituendum, ponendum, et ordinandum duximus, & tenore praesentium facimus, temporibus perpetuis duraturum. = Quod ipsum per aliud Suum Privilegium idem Rex Jagello confirmavit de Actum in Nova Civitate alias Korczyn Feria 3tia infra Octavam

fra Octavam Assumptionis Sanctae Mariae 1401. quod incipit = Quod cum Supernae dispensationis provisio = ibi = In Civitate Nostra Cracoviensi locum, in quo Studium vigeat Generale, in qualibet licita Facultate . . . . ut pote in Theologiae seu Sacrae Scripturae, Juris Canonici, Legum, Physicae & Artium Liberalium Facultatibus nominandum etc. = Quam fundationem Vladislai Jagellonis Joannes XXIII. qui successit in Pontificatum 1410. approbavit per Bullam Suam de Datum Bononiae 5to Calendas Augusti Pontificatus sui Anno primo, quae incipit = = Cum attentae considerationis indagine = ibi = Studium Generale in Civitate Cracoviensi . . . . Authoritate Apostolica instituit, ac fieri voluit, ut deinceps in eisdem Sacra Theologia, Utroque Jure, Medicina & Artibus, & quibuslibet aliis licitis Facultatibus perpetuis temporibus vigeret, hujusmodi Studium Generale = = = =

Qua sic erecta, fundata, & ordinata Facultate Juridica quae Sint illius Privilegia, Jura, Statuta, ac Officia? Haec considerari possunt vel ut Sunt communia toti Universitati, et aliis Facultatibus, vel ut Sunt peculiaria ejusdem Facultatis.

Communia Sunt, libertas ab omnibus teloniis, ut patet ex dicto Privilegio Casimiri Magni ibi = in omnibus & singulis passibus, pontibus, Castris, & Custodiis per totum Regnum Nostrum constitutis nullum Solvere debeant passagium, pedagium, seu theloneum, sive conductum, sed in his omnibus cum rebus eorum liberi transire debeant et securi etc. =. Quod ipsum patet et ex Submissione Magistratus Cracoviensis de Anno 1364. facta, ibi = Omnes, qui Causa dicti Studii ad ipsam Civitatem Cracoviensem accedentes, cum omnibus rebus ipsorum in omnibus & Singulis passibus, pontibus, et Custodiis nullum theloneum solvere debeant . . . . et aliis rebus quibuscunque, quae in praedictam Civitatem Cracoviensem per aquam vel terram, ab omni theloneo libera et exempta transire permissit, nec per quempiam ea vult quomodolibet impediri. =

Item ex Privilegio Vladislai Jagellonis, ibi = Ab omnibus dationibus, solutionibus, passibus pontibus, Castris, custodiis gabellis, predagiis, pedalibus, decimis, & oneribus quocunque nomine censeantur, ex certa nostra scientia eximimus =

Communia Sunt, exemptio a quavis alia Jurisditione, quemadmodum liquet ex eodem Privilegio Casimiri Magni, ibi = nec ullus unquam in eisdem Civilibus Causis Doctorem, Magistrum, Scholarem &c. alibi Coram Judicio quocunque Ecclesiastico vel Seculari audeat convenire sub pena 10. Marcarum grossorum Pragensium = Quae Jurisditio Rectoralis etiam ad famulos Doctorum et Professorum extenditur, iuxta hocce Privilegium, ibi = Nec eorum Servi aut famuli ad extranea Judicia protrahantur = Id ipsum colligitur ex dicta Submissione Magistratus Cracoviensis, ibi = Rectorem habeant qui in Civilibus Jurisditionem habeat Ordinariam in eosdem, qui - - - - coram Rectore suo & alibi nullatenus debeant conveniri = Item ex Privilegio Vladislai Jagellonis, ibi = nec ullus unquam Studentes alibi coram Judice alieno Ecclesiastico vel Seculari audeat conveni re =

Communia Sunt, gaudere Jure Nobilitatis, iuxta Privilegium Doctoribus & Professoribus Academiae Cracoviensis à Sigismundo Rege de Datum Cracoviae Feria 4ta in Crastino S. Laurentii Martyris Anno Domini 1535 concessum, ibi = Quod Doctores prefati & Professores actu legentes etiamsi non ex Nobilibus Regni Poloniae indigenis Parentibus progeniti fuerint, ad quasvis in Regno, Dominiisque Nostris Dignitates tanquam emeriti valeant ascendere, nullius que omnino Dignitatis, Muneris, vel Officii, tam Spiritualis quam Secularis, Senatorii & Equestris existant inhabiles. Bona quevis Terrestria valeant acquirere & possidere, ac omnibus Libertatibus, honoribus & Privilegiis, quibus Nobiles Regni Nostri Indigenae gaudent, ipsi quoque gaudeant et fruantur =

Communia

Communia sunt quod Lectores Juris, uti & aliarum Professio num, nempe Theologiae, Medicae, Cursus Philosophici, &c. dum et quando aliquis locus eorundem vacaverit, ponere et ordinare Universitas Doctorum Theologiae, Canonicae, et Medicae Facultatem cum Rectore & Decanis earun dem Authoritatem habeat, juxta obloquentiam Statuti an tiqui Universitatis fol. 27. Et hoc Statutum intelligen dum est de Professore Luboryczjano alias Processus Juris, et de Professore Magdalenistico, quae Professiones per Universitatem conferuntur. Tum quod Doctor aut Licentiatus Cujuscunque Facultatis ut pote Juris & Me dicinae promoveri valeat in Sacra Theologia, sicque ad Cursum legendum & ad respondendum iuxta Statu ta sit adstrictus: iuxta tenorem Statuti Facultatis The ologicae. Sunt et alia plura Communia Jura Privile gia, Statuta, & Officia, tam Facultati Juridicae, quam toti Universitati ac aliis Facultatibus, quae ad mentem Celsissimi Principis, Visitatoris Apostolici Regii circa Visitationem totius Universitatis luculentius de monstrabuntur.

Peculiaria vero Privilegia, Jura, Statuta & Officia Facultatis Juridicae sunt. Imo. Quod pro incremen to Studiorum, pro Commodo & utilitate Doctorum et Professorum possit sibi quaedam Statuta condere, ordina re, quae Statuta sic condita & ordinata voluit Vladi slaus Jagello pro confirmatis haberi, per Privilegium Suum ibi — Demum Statuta per Doctores et Ma gistros Universitatis praedictae Cracoviensis condenda, quae hic non potuerunt contineri, volumus pro ipsorum Stu dio confirmare — Et haec Statuta, secundum quae in prae sentiarum regitur Facultas Juridica, quamvis non sint illa primeva et ab origine condita /: haec enim per con flagrationem Collegii Juridici Anno 1719. Subsecu tam, igni consumpta sunt:/ Sunt tamen alia nova per Doctores ejusdem Facultatis post dictam conflagrationem ex mente Universitatis conscripta et ordinata, quibus regitur, et ad quorum mentem omnia, Quae hancce Facultatem con.

tem concernunt fiunt.
2do. Quod juxta praescriptum eorundem Statutorum stato tempore, videlicet Sabbatho ante Festum S. Galli ex Doctoribus duntaxat eligat sibi Facultas Juridica Decanum, qui eandem regat. Ita Stat 1. Quae electio Decani debet esse libera Stat 2. Personae habilis, nec videlicet eligendus in Decanum sit Censuris Ecclesiasticis innodatus, aut aliquâ infamiâ Juris vel facti notatus, aut non sit actu laborans. Stat 3. sub poena nullitatis voti pro primo, et si iterum in futura electione talem inhabilem aliquis proponeret et manuteneret, sub poena incapacitatis in futurum. Stat 4tum Qui Decanus sic electus, ipso facto pro confirmato debet haberi, data prius stipulata manu vim juramenti habente antecedaneo Decano, de fideli introspectione ad Lecturas Doctorum et Professorum, tum connotatione laborum et negligentiarum eorundem. Stat 5tum et 6tum. penes quem Decanum debet esse liber unus ad connotandas easdem lectiones et negligentias Professorum, alter Liber ad inscribenda Nomina et Cognomina Promotorum pro Doctoratu Utriusque Juris, tam extraneorum, quam intraneorum. Stat 6tum. Cujus quidem Decani Officium est annuale, eligique debet ex turno et ordine suo, juxta Conclusionem Universitatis 1604 Die 3 Mensis Martii latam.

Dictum supra est, quod videlicet Decanus ex Doctoribus duntaxat eligi debeat: quia cum Anno 1519 die 7ma Mensis Decembris inter M. Stanislaum Radosicium Jurisperitorum Licentiatum, in Decanum Facultatis Juridicae electum, et alios Doctores ejusdem Facultatis controversiâ de ejusmodi electione exorta fuerit, eandem sopiendo Rector, Decretum tulit ejusmodi — Et Dominus Rector decrevit M. Stanislaum Radosicium Jurisperitorum Licentiatum, non esse legitime electum Decanum Facultatis Jurisperitorum, tum ex ea causa, quia Licentiatus non potest praeesse Doctoribus. tum ex alia, quia Licentiatus indiget Promotione Doctorali, quam praeter ceteros maxime administrare solet Decanus. Ideoque alterius Decani electio in diem proxime sequentem decreta est, et effectum

effectum Sortita. =.

3tio. Quod cum contingat Professorem ad Collegium Juridicum vocari, talis Professor, inhaerendo Statuto Universitatis de Electione Collegiatorum, & Vocatione eorundem ad Collegia, debet esse in Lectura Juris bene exercitatus, Lectionesque Juridicas omnes & singulas diligenter sub Doctoribus & Professoribus Juris prius audire, atque super hoc fidele veritatis testimonium ab eisdem habere, illudque Decano Facultatis pro tempore existenti ante vocationem sui ad Collegium producere. Stat. 1mum. In cujus Statuti fundamento lata est Conclusio Universitatis Rectoratu M. Martini Waleszynski 1723. die 28o. Aprilis, quatenus ad Collegium Minus nullus vocetur, qui cursum Philosophicum non audivit, ad Maius, qui Theologicum, ad Juridicum qui Lectiones ibidem in Jure non audivit. Postea Praepositus Collegii inhaerendo antiquo usui et consuetudini, tum Conclusioni per Universitatem Anno 1714. d. 9. 9bris latae, habito per prius cum Doctoribus et Professoribus ejusdem Facultatis consilio, et assensu obtento, eundem Professorem Vocandum Universitati praesentare debet, & Universitas hunc & non alium ad Collegium et Professionem vacantem vocare, ac a violenta Subiecti vel Subiectorum impositione, sub nullitate ipso facto Vocationis abstinere debet. Stat. 8vum. Qui Professor taliter Vocatus tenetur subire examen idoneitatis. ~ Stat. 9num. tandem Disputationem publicam ex utroque Jure desumptam, per Decanum Facultatis approbatam, typis impressam expedire. Nisi adsit consensus Doctorum et Professorum ejusmodi Disputationem publicam ex aliqua rationabili causa ad certum tempus differre, tunc enim per Solam Principiaturam se ad possessionem Cathedrae admitti postulabit, praemissa semper Professione Fidei. Stat. 10mum. Pro qua quidem Disputatione sive responsione pro Collegio obligatus est Doctores et Professores officiose, ostiatim unicuique ad manus reddita Quaestione, invitare, inhaerendoque antiquae consuetudini cuilibet

Doctorum Aureum Ungaricalem unum, cuilibet Professorum Imperialem unum, jam vero Decano circa approbationem Questionis Aureos Ungaricales duos consignare. Stat. 11mum Quâ finitâ, circa consvetudinem immemorabilem ac in Legem tractam, respectu appositionis, portionis, introitum iucundi ingressus conservatur. Statt 12mum

Non prius tamen ad vocem activam & passivam, mansionem, participationem de Mensa, dismembrationes, ac proventus admittitur, donec in manibus Prepositi Domus ratione ingressus trecentos florenos Polonicales inter Collegas actuales, non computato ingrediente, dismembrandos reposuerit. Statt 13tium Sub tempus vero ingressûs & admissionis Sui ad Privilegia et emolumenta, debet super Statutis Collegii & Facultatis servandis coram Presidente Convocationis jurare, seu manum stipulatam vim juramenti habentem dare. Statt 14tum

Atio. Ejusmodi vocatio Professorum ad Facultatem Juridicam, ejusque Collegium ampliata est per Conclusionem Universitatis Anno 1714. & 9. 7bris subsecutam, ut nempe = quotiescunque Professionem in Collegio Juridico vacare contigerit, Clarissimi Doctores & Professores absque Concursu & Consilio Universitatis, subiecta sibi bene perspecta habentes ad tradendam Jurisprudentiam, et illam docendam alios, apta nata, quae tam in Speculativa quam Practica Scientia Juris per applicationem etiam sui ad exercitium Cancellariarum Fori tam Spiritualis quam Secularis, & Causarum promotionem in Judiciis sive Curiae Episcopalis sive Consistorialis acquisita eminuerint, sibi deligant, et ad Collegium suum Juridicum servatis de Jure & consvetudine circa Vocationem Professorum servandis assumant: ita tamen, ut si in Collegio Minori premissis qualitatibus & Scientiis pollentes reperti fuerint, propiores & priores sint ad Vocationem ad Collegium Juridicum: in defectu vero ipsorum, etiam extranei Professores in Universitate Nostra graduati, actu laborantes, et in Scientia Juridica, ut premittitur, optime versati, ad illud vocentur. Et ita observari volumus,

declaramus

declaramus & decernimus. = Ex qua Conclusione Universitatis patet, datam esse potestatem Facultati Juridicae vocandi Professores ad se & Collegium suum in defectu Collegarum Minorum etiam extraneos, sine concursu & consilio Universitatis.

5to. Notandum vocatio Professorum ad Facultatem et Collegium Juridicum, verum etiam creatio Baccalaureorum in Jure competit Facultati Juridicae. Et quamvis Conclusio Universitatis Rectoratu M. Stanislai Mamczynski 1760 d. Lunae 15 8bris sit ac fuerit lata, qua mediante quasi permittit & concedit Universitas Facultati Juridicae potestatem creandi Baccalaureos in Jure, hoc tamen non est intelligendum, adeo stricte et rigorose, cum Facultas sine Baccalaureis nequeat concipi tanquam primo graduatis: tum, quia in perpetuo usu sunt Decani ejusdem Facultatis creandi illos, uti et Doctores, juxta Stat. 34tum & 35tum. Quorum Baccalaureorum Officium erit Professores legalitate impeditos in tradendis Lectionibus juvare, et Directoratus Coloniarum, qui Viros Juridicos exposcunt, obire: modus vero creandi eosdem Baccalaureos Facultati Juridicae nonnisi ex incorporatis Universitati Professoribus precommissus est. Quo in puncto supplicat humillime Facultas Juridica Celsissimo Principi Visitatori Apostolico Regio, quatenus haec Conclusio Universitatis extendatur quoque etiam quo ad extraneos Professores. Si enim Universitas dedit potestatem Facultati Juridicae vocandi ad se, Collegiumque suum Professores extraneos in defectu incorporatorum Universitati, cur non possit vocare in Baccalaureos Juris etiam extraneos, actu laborantes, & sibi bene notos, incrementoque Studiorum suorum proficuos?

6to. Quo ad illam pertinead collatio Doctoratus et Insigniorum in Utroque Jure. Et quidem de extraneis talis mos & consuetudo ex praescripto Statutorum servatur. Qui voluerit fieri Doctor in Utroque Jure

debet ante omnia in Matriculam Universitatis apud Magnificum Rectorem Nomen & Cognomen suum inscribere postea Decanum Facultatis adire, qui unum ex Professoribus dicto Doctorando deputabit, ut eundem in omnibus dirigat, & Doctoribus Facultatis per Decanum congregatis praesentet. Statt 32dum. Post cujus praesentationem instituitur tentamen, seu examen privatum, tandem ipsum examen formale ex datis punctis per Decanum ex utroque Jure Statt 33tium. Dein facta Decisione punctorum renuntiatur per Decanum Facultatis Baccalaureus in Utroque Jure, & remittitur in assistentia superadditi Professoris ad Procancellarium Facultatis, vel si suum seorsivum non habuerit, ad Procancellarium Universitatis pro obtinenda Licentia. Statt 34tum. Creaturque Licentiatus in Utroque Jure juxta praescriptam formam in Stat. 36to. idest datur ipsi facultas ipsam Lauream Doctoralem quocunque tempore opportuno petendi & obtinendi. Ad extremum sic Licentiato conferuntur per Decanum Facultatis tanquam Promotorem Insignia Doctoralia, & creatur Doctor in Utroque Jure, salvis expensis, iuxta consvetudinem antiquam in hac Facultate observatam, & in Legem tractam per Promovendum praestandis, non jam juxta Clemen. Cum sit. de Magistris. Sed secundum uniuscujusque liberalitatem. Stat. 35tum et jurat super duobus punctis, quod videlicet hunc Gradum in alia Universitate non reassumet, et quod, ad quemcunque Statum pervenerit, Bonum Universitatis promovebit. Stat 38vum. extraditurque illi per Decanum Facultatis Diploma, seu Litterae Testimoniales, cum Subscriptione Decani, & appensione Sigilli Facultatis. Stat. 39num. Cum vero ejusmodi Actus Promotionum fiunt, Decanus utitur Togâ suâ Purpureâ, assistentibus Doctoribus in Palliis, ac Professoribus in Tabardis, quod idem observatur in aliis publicis Actibus, publicis ac functionibus.

De intraneis vero Professoribus Volentibus ad Doctoratum

Doctoratum promoveri, taliter obloquuntur Statuta. Imprimis debet annos decem continuos, vel ex aliqua causa legitime disruptos, nisi cum eo dispensatum fuerit, laborare. Stat 41mum. Et si duo concurrant ad Doctorandum, ne inter illos ratione præscribilitatis & prioritatis loci contentiones et odia exoriantur, condidit Statutum Facultas, ut ille sit præscribilior ac prior ad Doctoratum, qui qualitates in dicto Stat 41 præscriptas habuerit, qui actu in Facultate legerit, quem labor prolixior commendaverit, qui Libros composuerit, & in lucem ediderit, qui in Iure excellentior fuerit, alias in paribus meritis & laboribus Senium & primogenitura in Universitate locum habet. Statt 42dum. Tandem tentamen seu privatum examen cum illo instituitur, sæpius tamen remittitur, & loco ejus publica disputatio ex utroque Iure, dicta Vesperiæ, eidem imponitur. Stat 43tium. Et hæc Disputatio nunquam remittitur, nisi ex rationabili causa aliter toti Universitati videatur. Post quam quidem Disputationem absolutam, Procancellarius in illa præsens ad conferendam Licentiam descendet, dabitque Professori facultatem ipsam Lauream Doctoralem petendi & obtinendi. Obtentâ Licentiaturâ debet adire officiose Decanum Facultatis, ab Illoque Convocationem Doctorum Facultatis fieri petet, in qua Convocatione eligitur Promotor, tempus Promotionis præfigitur, locus sive in Ecclesia Collegiata SS. OO. sive in Lectorio CC. DD. Iure Consultorum assignatur, & deputantur duo Professores Iuris, unus qui habeat Panegyrim in laudem Iurisprudentiæ, alter vero qui decidat Quæstionem Iuris per Decanum Facultatis approbatam, & per Magnificum Rectorem recognitam, quam ad minimum tribus diebus ante Actum Promotionis Doctoribus Facultatis consignabit, & ad hunc Actum eosdem invitabit. Stat 45tum. Adveniente die Promotionis tenetur Doctorandus adire Magnificum Rectorem, & rogare Eundem,

quatenus extradat Mandatum seu Convocationem omnium Facultatum Doctorum & Professorum, ut omnes huic Actui in decenti ornatu Academico assistant, repositis per prius apud Procuratorem Universitatis florenis Polonicalibus Centum inter Professores dividendis. Ac demum post finitum Actum Promotionis debet Doctores & Professores gremiales pro proportione apponenda invitare. Stat. 46tum

Cum vero contingat, quod aliquando Professores intranei alibi ad Doctoratum in Utroque Iure promoveantur, & posthac Facultati incorporari volunt, statuit Facultas, ejusmodi Doctores in alia Universitate approbata promoti, ad Universitatem & Facultatem redeuntes, via laborum & meritorum procedentes, aliis Professoribus in Facultate legentibus quo ad locum & Primogenituram in Universitate non praejudicando, possint per Universitatem & Facultatem facta pro loco inter Doctores Facultatis obtinendo responsione, et aliis juxta Statuta et consuetudinem servandis Doctoribus Facultatis aggregari & incorporari Stat. 40.

Imo Facultas haec Juridica ex Speciali Gratia Celsissimi Principis, pronunc Visitatoris Apostolico-Regii, Cancellarii Faventissimi habet suum Procancellarium nempe Perillustrem & Reverendissimum M. Jacobum Maraszowski, U. J. Doctorem & Professorem, Canonicum Cathedralem Cracoviensem, de quo Procancellario nihil Statutum habetur, praeterquam quod illius Officii sit Authoritate Celsissimi Principis, Episcopi Cracoviensis, Cancellarii Universitatis Licentiam in Utroque Iure promovendi conferre Stat. 36tum. Et cum haec Dignitas Procancellariatus unice a Singulari Gratia Celsissimorum Principum Episcoporum Cracoviensium dependeat, placuit eisdem aliquando Generalem Procancellarium, quo ad omnes Facultates, aliquando quo ad singulas, aliquando quo ad duas tantum Facultates, per Diploma Suum, quod in facie Universitatis legi debet.

legi debet, constituere. Cumque non sit muneris praesentis, ut Facultas Juridica aliarum Facultatum Procancellarios enumeret de gremio tantum sui Procancellarios ex Speciali Gratia Celsissimorum Principum Episcoporum Cracoviensium; probando id, qualiter Episcopus Cracoviensis habeat libertatem & potestatem illimitatam constituendi Procancellarium, vel totius Universitatis, vel singularium Facultatum; placuit, eosdem hic Annotare. Et quidem

Anno. 1499. fuit. M. Valentinus de Ilkusz Decretorum Doctor, Canonicus & Officialis Cracoviensis

1509. fuit M. Joannes Amicinus Decretorum Doctor: Suffraganeus et Canonicus Cracovien.

1579. fuit M. Jacobus Gorski Decretorum Doctor Canonicus Cracoviensis.

1586. fuit M. Nicolaus Dobrociescki DD. Canonicus Cracoviensis.

1616. fuit M. Jacobus Janidlovius U.J.Dr et Diss.

1632. fuit M. Jacobus Naymanowicz U.J. Dr Canonicus Cracoviensis

1642. fuit M. Stanislaus Cudlofski U.J. Dr.

1659. fuit M. Adamus Roszczewicz U.J.Dr Canonicus Cracoviensis

1683. fuit M. Joannes Michalski, idque trium Facultatum tantum, sc. Thlgicae, Juridicae, & Philosophicae.

1695. fuit M. Sebastianus Piskorski U.J. Dr Canonicus Cracoviensis

1713. fuit M. Andreas Krupecki U.J. Dr Canonicus Cracoviensis

1751. fuit M. Casimirus Jarmundowicz U.J. Dr. idque solius tantum Facultatis Juridicae. exposit vero nempe 1756. fuit Procancellarius Juridicae simul et Medicae Facultatum

1760.

Anno 1760. fuit M. Stanislaus Mamaynski U. I. Dr
Canonicus Cracoviensis.
1765. Est ad presens M. Jacobus Mariszowski
U. I. Dr Canonicus Cracovien. idque
solius tantum Facultatis Iuridicae.
1773. post fata Mariszowski est constitutus M. Andreas Lipiewicz J. Tandem M. Franciscus Minocki, U. I. Dr et Prof., Canonicus Cath. Crac.

Quantum ad 2dum

nempe quò ad Collegium Iuridicum seu Communitatem ejusdem, tum quibusnam Statutis regatur, & an omnia in observantia et executione sint?

Erectô Studiô Generali in Civitate Cracoviensi per Casimirum Magnum Regem Poloniae (: ut supra :) de Anno 1364. pro Professoribus ejusdem Studii nondum erat fixus & determinatus locus ad inhabitandum, sed tantum quaedam Hospitia deputata & assignata, per Cives vero Cracovienses praefatis Doctoribus, Magistris, Scholaribus, Scriptoribus, Stationariis, & Bedellis, quae Hospitia decrevimus Statim taxari per Dominos Cives & Dominos Scholares, eademque taxa nunquam augeatur in Solutione ampliori &c. = Quae Hospitia Successu temporis, Sigismundus Augustus Rex cum Doctores & Magistri Domos suas proprias ad inhabitandum habuerint, in Privilegio Suo de Datum Varsaviae 1570. quod incipit = Cum unaquaeque Respublica = abrogavit & interdixit.

Modo primum Vladislaus Jagello postquam Studium Generale in omni Facultate, nempe Theologica, Iuridica, Medica, & Philosophica fundaverit, pro majori commoditate Magistrorum & Professorum etiam Domum Suam in platea S. Annae Sitam, ab omnibus oneribus liberam, & quibusvis libertatibus, gratiisque gaudentem, perpetuis temporibus possidendam huic Universitati appropriavit & incorporavit.

quemadmodum

quemadmodum ex Privilegio Ejusdem Regis de Anno 1400. eruitur, ibi = Et ut Doctores, Magistri, Licentiati, Baccalaurei, Studentesque Universitatis Cracoviensis predictae eorum Lecturas, exercitia, et actus doctrinarum liberius et magis commode valeant, & possint exercere, pro habitatione Magistrorum, et pro quotidiano ac communi congressu Studentium et Scholarium Universitatis Studii predicti Cracoviensis, Domum Nostram, quae Stephani Pancerz fuerat & vocabatur, quam & Persdorff Civis Cracoviensis habebat, in platea S. Annae sitam, prout in ejus latitudine, longitudineque, et amplitudine est limitata et distincta, decrevimus assignandam --- quam Universitati predictae appropriamus, incorporamus, adjungimus perpetue & in aevum --- per ipsos Doctores, Magistros, & Collegiatos tenendam, habendam, & perpetuis temporibus possidendam = Quam donationem et incorporationem prefatae Domus, Joannes XXIII Papa per Bullam Suam, quae incipit = Quum attentae considerationis indagine = approbavit & confirmavit. Ex quo quidem Privilegio evidentissime patet, in hacce Domo Universitati appropriata, donata, & incorporata, quae ad presens Collegium Maius Artistarum dicitur, habitasse omnes omnium Facultatum Doctores et Professores.

Quam vero ob Causam tres abhinc post Annos Doctores et Professores Juris Separaverint se et Segregaverint à mutua illa cohabitatione in predicta Domo in Platea Sanctae Annae sita, ad presens Collegium Maius Artistarum vocitata, nullum vestigium habetur: Solummodo constat ex Litteris Emptionis & venditionis, Domum istam, quae nunc Domus Collegii Juridici, sive Collegium Juridicum dicitur, accessisse ad Universitatem Cracoviensem, in eaque Doctores et Professores Juris collocatos fuisse, et extitisse, ibidemque et ad haec usque tempora permanere, ac extare. Domus enim haec Collegii Juridici erat murata,

habens domunculas subtus, retro, ante, intra et supra se, Hæreditatis cujusdam Sandivogii de Subino Palatini Calissiensis, quam titulo emptionis pro Septingentis Marcis grossorum Pragensium à prædicto Sandivogio Joannes de Rzeszow Præpositus S. Michaelis et Canonicus Cracoviensis acquisivit: ut patet ex Litteris Emptionis et Venditionis de Datum Cracoviæ Feria 2dâ in Crastino Dominicæ Invocavit. Anno Domini 1403.

Verum hoc eodem Anno 1403. Feriâ Quartâ post Dominicam Lætare, supra memoratus Joannes de Rzeszow totum, plenum, & integrum Jus suum ad dictam Domum Venerabilibus Viris Collegii Studii Cracoviensis pro simili Summa Septingentarum Marcarum grossorum Pragensium vendidit, et in perpetuum judicialiter resignavit, Jure hæreditario, et perpetualiter, tenendam, habendam, possidendam, et in usus suos bene placitos liberè convertendam. Cujus quidem emptionis et venditionis eodem ipso Anno, in Crastino S. Petri ad vincula, accessit per Vladislaum Regem approbatio, confirmatio, & gratificatio, una cum coæquatione hujusce Domus Collegii Juridici in omnibus & singulis libertatibus, Juribus, consuetudinibus, gratiis, et indultis, cum dicta Domo in platea Judæorum sita, ut constat ex Litteris Confirmationis per Vladislaum Regem de Actum in Nova Civitate alias Korczyn, ibi =. Immo volumus et edicto perpetuo sancimus, ut non solum temporibus Nostri felicis Regiminis, sed extunc & in ævum omnibus & singulis libertatibus, Juribus, consvetudinibus, gratiis & indultis dicta Domus cum aliis Domunculis ad se pertinentibus gaudeat liberaliter, et fruatur, quibus Juribus, libertatibus, et indultis Domus in platea Judæorum firmata per Nos, sæpedictis Magistris, Doctoribus, et Universitati Studii Cracoviensis

Cracoviensis data liberaliter, et donata fruitur et potitur. ==
Quod Ius competens toti Universitati Studii Generalis Cracoviensis ad hanc Domum Collegii Iuridici firmatum est per Sententiam Raphaelis de Skavina Canonici & Officialis Cracoviensis uti & tanquam à Sbigneo Episcopo Cracoviensi Delegati, Iudicis Commissarii in Causa inter Nicolaum Czarnocki ab una, & Iacobum de Rupella Rectorem, Doctores & Magistros, totamque Universitatem Studii Cracoviensis partibus ab altera, occasione Domûs Iuristarum dictae, quasi ad se Iure propinquitatis et ex legitima Successione Spectantis & pertinentis, mota & vertente. Qua quidem mediante Sententia dicto Nicolao Czarnocki perpetuum silentium impositum est, jam vero Universitas circa Ius & Possessionem suprafatae Domus Iuristarum manutenta. Quae Sententia lata & lecta fuit Anno 1444. Die Veneris VI. Mensis Iulij.
Sic firmata ac coaequata Domo Collegii Iuridici cum Domo Collegii Maioris Artistarum in omnibus Iuribus libertatibus, ac praerogativis, videndum venit, quae nam sua particularia Statuta et Leges habeat, quibus regitur, & ad quorum Observantiam Doctores et Professores inhabitantes eandem Domum tenentur. Enimvero hic Statuta non sunt. Statuta antiqua & primeva illa, hic namque ob subsecutum incendium dum Collegium Patrum Soc: Iesu ad Ecclesiam SS. Petri et Pauli Apostolorum ardebat, cum variis instrumentis, Iuribus ac munimentis non solum toti Universitati, ast quoque et dicto Collegio, aliisque Personis servientia, igni consumpta fuerant. prout fusius enunciat Manifestatio nomine Universitatis Studii Cracoviensis de Actum in Castro Cracoviensi Feriâ 3tiâ post Festum Sanctae Hedvigis Viduae Electae proxima Anno Dñi 1719. Coram Actis Castrensibus Capitanealibus Cracoviensibus facta. Sed sunt Statuta

ta recentiora, jam alias post conflagrationem istius Collegii Anno quo supra; Die 26 Mensis Iulii ex occasione Patrum Soc. Iesu subsecutam conscripta, atque unanimi consensu Doctorum & Professorum idem Collegium inhabitantium recepta & approbata; idque in fundamento Privilegii Jagelloniani; de quo supra in Legitimatione ad Imum, ibi = Imo. Quod pro incremento Studiorum = quae, in praesentiarum observantur & executioni demandantur.

Vigore quorum Statutorum debet quolibet Semestri, videlicet Commutatione aestiva die 19. Aprilis, hyemali vero die 19. Octobris non impedita, alias ex tunc proximè et immediate sequenti eligi Praepositus Domûs ex turno, ascendendo vel descendendo, excepto noviter vocato Professore, & ad Collegium admisso, qui praeter turnum ratione ingressus sui ad Collegium semel praepositare, electionemque sub poena quinque Marcarum irremissibiliter acceptare debebit, nisi cum aliquibus Senio aut meritis gravatis dispensare vellet Communitas. Ita Stat 2dum. ante cujus electionem per ultimum Collegii Professorem haece Statuta et Leges legi debent, ne detur excusatio ignorantiae eorundem. Ita Stat Imum. Et ut istud onus Praepositurae reddatur levius, statim in eadem electione Praepositi Domûs eligi quoque debent, et Consiliarii duo, unus ex Doctoribus, alter ex Professoribus, quorum Officium erit, juvare Praepositum Domûs suis consiliis. Ita Stat 3tium. Quam quidem electionem Praepositi et Consiliariorum praevenire debet Convocatio omnium Doctorum et Professorum actu Collegium inhabitantium per anteriorem Praepositum Officium Praepositurae suae terminantem extradita. Ita Stat 2dum

Cujus Praepositi Domûs Officium est, Doctores & Professores idem Collegium inhabitantes occurrente aliqua necessitate et exigentiâ rei per Convocationem eo fine extraditam convocare, Conclusionesque in

eadem formatas

eadem formatas ac subsecutas in Librum Conclusionum Domus inscribere, & annotare: census vindicare, vindicatos, alios ad Mensam, alios pro dismembrationibus, aliisque necessitatibus ad mentem pientissimarum Fundationum applicare, Familiam Domus salariare, eandem in vigore conservare, de reparatione Collegii tempestive Procuratorem Universitatis avisare, ac alia, quæ ex praxi et antiqua consuetudine ad Suum Officium spectare dignoscuntur, cum diligentia exequi. In Stat. 4tum. Per hoc tamen, quod aliquis Professorum in absentia Præpositi Domus Censum ad Collegium pertinentem receperit, et de recepto quietantiam suo vel nomine Præpositi dederit, Officium ejus usurpare non censetur. Ita Stat. 5tum. Illius refert, proventus receptos inter Professores tam Superstites, quam etiam cui ipsi ultima voluntate sua commiserint, fideliter dismembrare. Ita Stat. 6tum Anniversaria per Collegium celebrari solita, statis temporibus celebrari, pro celebrandis D. D. Collegas invitari, absentias, nullo habito respectu personarum, nisi excepta legalitate, fideliter connotari, procurare. Ita Stat. 7mum Insuper illius Officium est, custodiam & clausuram Collegii habere, ne per ejus negligentiam Professoribus aliquod damnum eveniat. Et si aliquis Professorum sæpe sæpius absque causa rationabili diutius extra Collegium moraretur, ejusmodi Professorem primò monere, ac demum per Officium Domus, juxta Statuta punire. Ita Stat. 8vum. Maximè si eum extra Collegium sine rationabili causa pernoctare contigerit: quia si in loco inhonesto repertus & convictus fuerit pernoctasse, subjacere debebit pœnis irremissibiliter in Stat. 26to expressis. Ita Stat. 27mum. Ad Præpositum quoque pertinet Servitores Professorum, ut sese in modestia gerant, coercere, & si in corrigendo Servitore Dominus remissior fuerit, Præpositus ex Officio suo, quod illi more aliorum Collegiorum competit, in eum animadvertet, nec Dominus ejusmodi animadversionem vitio

vel pro

vel pro injuria sibi reputabit. Ita Stat. 34tum. Ejusdem Præpositi cura & custodia ignis commendatur, qui maxime Servitores, ac Familiam monere tenentur, ut exactissima diligentia ignem custodiant, alias inobedientes pro arbitrio per eundem puniantur. Ita Stat 35tum. Demum cum Præpositus Domûs sit Custos Legum, ad eum pertinet adhibitis Consiliariis Judicia exercere, de eorumque assensu Sententiam dicere, ac transgressores Legum punire, salva appellatione ad quem de Jure admissibili. Ita Stat. 37mum. Ad decursum autem Præpositure suæ tenebitur post electionem novi Præpositi et Consiliariorum ejus sub pena quinque Marcarum calculum de Perceptis & expensis facere, alias Subscriptionem suorum Registrorum per Præsidentem Convocationis, seu illum, cui id per Convocationem Domûs committetur, obtinere, libertatemque amunere & Officio suo procurare. Ita Stat Jnum.

Cum autem hoc Collegium Juridicum constituat Facultatem, placuit quoque Doctoribus & Professoribus idem Collegium inhabitantibus inter Statuta sua etiam de qualitate Professoris ad Collegium vocandi, de recommendatione ejusdem, ac aliis concernentibus Statutis annotare. Quæ Statuta cum jam in enumeratione Statutorum Facultatis Juridicæ, ubi supra, ibi = Quod cum contingat Professorem ad Collegium Juridicum vocari = sufficienter sint enucleata, hic tantum brevitatis causa, ac deductionis, quod eadem cum Facultas Juridica, tum Collegium ejusdem in observantia et executione habuerit, habeatque, placuit aliqua annotare. Vocari debet Professor ad Collegium Juridicum ad mentem Conclusionis per Universitatem die 9tia Novembris 1451. latæ, tenoris sequentis = In Convocatione præscripta Universitas pro incremento Facultatis Canonicæ bene deliberata conclusit, & firmiter Statuit, inviolabiliterque tenendum sancivit, ut in antea pro Lectoribus in Jure Canonico recipiantur

Viri perit-

Viri periti & ingeniosi, eloquentes & traditui diligenter, et affectum ad labores habentes, per quos Facultas ipsa tam Canonica proficeret, & exinde ipsa Universitas decorem & augmentum reportaret — Et talis vocari debet, qui in Lectura bene exercitatus fuerit, Lectionesque Juridicas ad mentem Conclusionis Universitatis Rectoratu M. Martini Walesynski 1723. die 28. Aprilis latae diligenter sub Doctoribus & Professoribus Juris exaudiverit, habito super hoc eorum fideli testimonio. Ita Statut. 10mum

Quem Professorem sic adinventum Praepositus Collegii inhaerendo antiquae consvetudini & Conclusioni per Universitatem Anno 1714. Subsecutae, habito Consilio cum Doctoribus & Professoribus actu Collegium inhabitantibus, et obtento assensu tenetur Universitati praesentare, Universitasque hunc & non alium ad Collegium & Professionem vacantem vocare, ac a violenta Subiecti vel Subiectorum impositione sub nullitate ipso facto vocationis abstinere Ita Stat. 11mum Quod ipsum eruitur ex conclusione Domûs in Praepositura M. Alberti Jodlowski U. J. Dris et Professoris Anno Dni 1714. die 13. Novembris subsecuta, ibi — Ad 4tum. Conclusum est ut Clarissimus Dominus Praepositus pro tempore existens in futura Convocatione Almae Universitatis nomine Facultatis Juridicae instet, ne Subiecta Academica sine expresso Consensu Facultatis Juridicae ad Collegium Juridicum Cracoviense vocentur — Item probatur hocce idem per Conclusionem Universitatis, de qua immediate, Anno videlicet 1714. die 23. Novembris, latam, in qua ut annotavit manu propria M. Basilius Oslinski pagella 795. sic decisum fuisse scribit — Omnes Conclusiones, Statuta & Observationes circa Vocationem ad Collegium Juridicum practicatae reassumuntur: — Tum colligitur id ipsum ex Manifestatione de ejusmodi contra Jura & Statuta Collegii Juridici

vocatione per Doctores & Professores Juris idem Collegi um actu inhabitantium coram Legali interposita Anno 1669 die 20 Mensis Martii. Et ex recenti Protestatione Domus et oppositione sive contradictione ejusdem contra Violentam Sibi impositionem Subjecti Clarissimi olim Suchanewski in Convocatione Universitatis de Anno 1764. Die 14ta Mensis Martij praedicatam.

Qui sic, ut praemissum est ad Collegium vocatus Professor ante Possessionem Cathedrae debet examen subire. Ita Stat 12mum. quô absolutô, obligatus est publicam Disputationem ex Utroque Jure desumptam, per Decanum Facultatis approbatam expedire. Ita Stat 13tium. Idque in fundamento Conclusionis Universitatis Anno Dñi 1619 die 6ta Septembris latae, ibi — Item de Vocatione ad Collegium Juris peritorum fieri placuit, videlicet, ut noviter vocandi ad Collegium sufficientiam Suam probent per publicam Disputationem, in omnibus aliis Salvis Statutis Collegii & Constitutionibus Universitatis — Ante cujus expeditionem debet triduo Doctores & Professores invitare, et unicuique Quaestionem typis impressam officiosè ad manus in propria Ejus Residentia reddere, ac in vim laboris consolationem certam reponere, ut dictum in Legitimatione ad 1mum. Ita Stat 14tum. Ipso verò die responsionis post finitum actum dictus Professor a prandio ingressu non arcetur, quinimo circa consuetudinem immemorabilem ac in Legem tractam conservatur. Ita Stat. to 15tum. nihilominus praeter hanc refectionem non aliter nec alias ad participationes Collegii admittitur, nisi repositis perprius in manus Praepositi florenis Trecentis. Ita Stat 16tum. Juramentumque super Servandis omnibus & singulis Collegii Statutis, Secretis non revelandis, bono Collegii promovendo, ac aliis adimplere obstrictus est. Ita Statutum 17mum.

Cum autem obtigerit Vocatio Professoris ad Contubernium Jurisper.

nium Jurisperitorum, quoniam is idem Senior, seu Professor Bursæ Juristarum prior ad vocandum ad Collegium Juridicum esse debeat, ideo Communitas Domûs conclusit, quatenus Vacante Senioratu præfatæ Bursæ Juristarum, Perillustris & Reverendissimus Canonicus Cracoviensis ex Collegio Juridico, uti et tanquam dictæ Bursæ Provisor natus, talem Virum per Universitatem eligendum proponat, qui in Utroque Jure exercitatus fuerit, nihilominus examen post Vocationem sui ad Contubernium coram Doctoribus Collegium Juridicum inhabitantibus ante Principiaturam subire debebit. Ita Stat. 18vum. Et quamvis prædictus Senior Contubernii Jurisperitorum ad Cathedram secundum antiquam consvetudinem admittatur, vocetur que a Professione sua Professor Utriusque Juris, ad actus tamen Collegas actuales Juridicos concernentes, quales sunt Præsentationes Doctorandorum, Convocationes Domûs, & his similia se ingerere more antecedaneorum suorum Seniorum non debet, nisi id fiat de consensu Doctorum et Professorum. Ita Stat. 19num.

Vacante autem habitatione aut celario in dicta Domo Collegii Juridici, Senium & prioritas observanda est, in conferenda ejusmodi habitatione aut celario. Ita Stat. 20mum ad cujus possessionem per Officium Domûs, vel si sit impeditum saltem per traditionem clavium ad eandem habitationem spectantium immitti petet & curabit. Ita Stat. 21mum. Cujus quidem habitationis collatæ omnem supellectilem per Præpositum Domûs regestratam dictus Professor conservare studebit, reservata ipsi voluptaria de proprio sumptu restauratione dictæ habitationis, absque tamen læsione in parietibus, salvaque suppellectili. Ita Stat. 22dum.

Quod dictum est immediatè de collatione habitationum sive residentiarum, hoc intelligendum est et de optione Beneficiorum et Professionum, ut nempe habito respectu ad non habentes et idoneos, prioritas vocationis ad Collegium meritorum et idoneitatis sancte et inviolabiliter observetur. Ita Stat. 23tium. Senium enim et prioritas

tas in tantum alicui ad optanda Beneficia & Professiones suffragantur, inquantum cæteræ virtutes eidem adstipulantur. Juxta Privilegium Vladislai Regis de Actum et Datum Cracoviæ ipso die Sancti Viti Anno Dñi 1401. quod incipit = Quia cum Supernæ dispensationis Provisio = = ibi = Ille - - - Professor, Doctor, sive Magister, qui primus existit in tempore, si potior et in Jure, et qui onus diei et æstus sentiendo pertulit, primus commodum recipiat & honorem, dummodo eidem promovendo cæteræ virtutes ad assequendum hujusmodi Beneficium latius suffragentur = Quod ipsum & Albertus Jastrzebiec in Sua Ordinatione Beneficiorum Universitati incorporatorum Authoritate Apostolica facta in perpetuum observanda sancivit, ibi = Qui Senior pro tempore et qui plus laboraverit in assecutione Beneficiorum sit potior = Universitas Tota in Rectoratu Octavo M. Martini de Ilkusz S. Theologiæ Doctoris per Conclusionem Suam Anno Dñi 1535. Die 18. Junii latam ex unanimi consensu manutenendum perpetuo id ipsum decrevit, ibi = Quod hic inter Statuta & Conclusiones Universitatis annotare libuit: ut posteri non nisi habilem juxta præscriptum Statutum ad aliqua Beneficia et Officia Universitatis curarent eligere, ad quod tenendum et perpetuo observandum Omnium Doctorum & Magistrorum Convocationi et electioni illi factæ præsentium & interessentium vota ex unanimi consensu accesserunt, Statutum illud confirmantes, quod et D. Rector Decreto Suo confirmavit, & manutenendum perpetuo decrevit = Et in Reformatione Studiorum Rectoratu M. Nicolai Dobrocieski A. D. 1604. Die 23 Martii subsecuta, per totam Universitatem nullo contradicente approbata, finaliter respectu Senii et prioritatis ad Beneficia et Professiones conclusum est, ibi = Quamvis qui prior tempore, potior est et Jure, eos tamen solos Senium defendit, quibus cæteræ Virtutes ad assequendum illum gradum suffragantur, iuxta

gantur, iuxta Privilegium Vladislai Regis, & Ioannis XXIII. Papæ, ac Alberti Episcopi Cracoviensis, & qui laborando et honeste vivendo magis se habiles, idoneosque fecerint, aliis prius vocandi sunt, juxta Privilegium Universitatis fol. 54. Illud tamen observandum est, ne sine magna & evidenti causa minus laborans magis laboranti præponatur, quod cavetur Statuto de plus laborantibus. fol. 8. — Quæ Beneficia Collegio incorporata, cum per exiguos proventus ad Sustentationem debitam non ascendentes habeant, visum est Communitati Domus, etiam extraneis, ob spem alicujus auctionis ejusmodi Beneficii ex Collatione Collegii accepti, tum aliqualis obligationis dicto Collegio præstandæ, conferri posse. Ita Stat. 28vum

Præterea cum suboriebantur differentiæ inter Doctores & Professores pro certo hortulo circa gradum introitus Lectorii a parte Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & atrio superiori præmemorati Collegii, placuit Universitati per Conclusionem Rectoratu M. Stanislai Biel de Nova Civitate Sæ Theologiæ Professoris, & Canonici Cathedralis Cracoviensis, fine sopiendarum ejusmodi differentiarum A. D. 1521. Subsecutam, ut ipsum Atrium sit liberum, non interclusum aliquibus parietibus, atque seris, sed patens secundum antiquam observantiam volentibus illud ingredi, & præcipue in necessitate incendii, aut alterius periculi. Pariter & hortulus, ut sit communis aliis etiam Doctoribus Collegio Juristarum incorporatis. Jam vero quo ad bonum ordinem ejusdem Collegii Juridici consultum fuit per Sententiam definitivam 16. Martii 1527. Anno. Rectoratu M. Lucæ de Noskow Artium & Medicinæ Doctoris latam, quatenus videlicet unus Doctorum & Professorum alterum non irritet, neque in bilem verbis injuriosis et permolestis excitet: ut supra mentionatus hortulus sit communis et Atrium Domus non occupatum aliquibus ædificiis et lignis, ut canes teneantur sub nocte clausi in habitatione servantis eosdem, ne inquietent Doctores somno occupatos, latratu et irritatione. Et eo modo ne Doctoribus sint permolesti eorundem Lectiones prerumpentes de die, et ideo habeatur de eis bona custodia. Claves Librariæ sint circa

ca Bibliothecarium & Decanum Facultatis. Et generaliter de honestate Domûs Collegii Juridici habetur Conclusio Universitatis lata Rectoratu M. Francisci Rolinski Artium et Medicinæ Doctoris Anno Dñi 1660. tenoris sequentis = = Domus Jure=Consultorum cum debeat esse honestatis, et Majestatis plena, per concordem Universitatis Sententiam Dominos Doctores et Professores Stimulavit, ut currus omnes ex Collegio excludant, importunam familiam ejiciant, equos abigant, stabula pro illis exædificata demoliantur & auferant, sub pœnis per Rectorem extendendis = Quæ Conclusiones Universitatis reassumptæ sunt per Conclusionem Domûs 15 Decembris Anno 1761. factam, & per novum Statutum de Recto regulamine Magistrorum Collegii Juridici confectum, per totam Communitatem auscultatum & approbatum, ac inter Statuta Facultatis et Domûs inscribi demandatum, Manutentæ.

Et cum charitas sit fundamentum totius boni communis, ad hanc mutuam servandam obligantur omnes Doctores et Professores Collegii Juridici. Ita Stat. 23tium consequenter ad concordiam servandam, et discordiam vitandam, tum ad cavendum, ne per eosdem rixæ ac dissensiones seminentur, alias Seminator rixarum et odiorum pro primo moneatur, pro secundo mulctetur, pro tertio gravioribus pœnis compescatur Ita Stat 24tum. Ex charitate enim et concordia proficiscitur reverentia Majorum, et observantia Minorum, quæ pariter in Domo Collegii Juridici, sub pœnis arbitrariis observari statuitur. Ita Stat 25tum. Ut autem omnis suspicio tollatur, et bonæ famæ consulatur, inhonestæ et suspectæ Personæ in hac Domu, tum Residentiis Professorum locum standi prohibentur habere, alias de ejusmodi mala conversatione convictus primo in tribus Marcis, secundo in sex puniatur, tertio tanquam incorrigibilis de Collegio excludatur. Ita Stat. 26tum.

Ante conflagrationem Collegii Juridici indubitatum est, Bibliothecam illius in optimo statu floruisse, ut constat ex Libello per M. Jacobum Ustiensem S. T. et J. U. Doctorem, ad Urbanum VIII. ex Universitate hac Oratorem, ibi = Professores Universitatis, illorumque Collegia etc et infra =

et infra = Collegium Secundum remotius est pro Octo JureConsultis etc. Intra Septa istius Collegii est amplum Lectorium, Curia, Bibliotheca, habitationes Professorum, et Ecclesia Sanctæ Mariæ Magdalenæ = . Post subsecutum verò funestum incendium Libri de eadem Bibliotheca partim igni cremati, partim furto ablati, partim in varias manus dissipati fuere, vix una pars de eisdem remansit, quam impræsentiarum aliqui Doctorum & Professorum adauxerunt et adaugere intendunt, pro quorum Librorum asservatione, locoque commodiori extruendo, rogat Domus Deum Omnipotentem, ut inspirare dignetur in corda Benefactorum et Protectorum Suorum, quatenus liberalitate et munificentiâ suâ pro amplianda ac a fundamentis erigenda ejusmodi Bibliotheca concurrere et subvenire dignentur. Et quod attinet ad præsens Libros Bibliothecæ Domus istius, unicuique Professorum in Collegio manentium facilis accessus permittitur, ita tamen, ut eosdem extra sine consensu Bibliothecarii per Communitatem quolibet Anno eligendo, vel reeligendo, ac submissione de restituendis acceptis danda, efferre sub pœnis arbitrariis non audeat, sed iis domi tantum, idque absque deterioratione eorundem utatur. Ita Stat 36tum.

Præter Leges et Statuta per totam Communitatem condita, approbata, et recepta, est adhuc Liber, qui vocatur Liber Conclusionum Collegii Juridici, in quo annotantur variæ Conclusiones per Communitatem Domûs in fundamento Statutorum factæ et subsecutæ, tum ratione electionis Præpositi Domûs et reddendarum per Eundem de perceptis et expensis rationum, tum ratione conferendorum Beneficiorum Juris Patronatus ejusdem Communitatis, tum ratione recommendationis Subjectorum Universitati ad Collegium hocce per eandem Vocandorum, ac aliarum occurrentiarum, partim favore Collegii, partim in contra subsecutarum. Quæ Conclusiones Domûs firmant et manutenent possessionem illius circa Sua Jura et Statuta; cum intantum observanda veniunt Statuta, inquantum ad observantiam eorundem per Conclusionem obstringit se aliqua Communitas, prout Communitas Collegii Juridici ad Observantiam Statutorum post conflagrationem Collegii Sancitorum obligavit se per

Conclusionem Domus Anno Dni 1735. Die 30 Mensis Aprilis latam.

Reperitur et alius Liber, vulgo Viridis dictus, quod videlicet integumentum scorteum viride habeat, qui Liber tantae apud Communitatem habetur Authoritatis, quantae sunt Authoritatis ipsa Statuta, aut Conclusiones: nihil enim in se continet, nisi Iura, Privilegia, Fundationes, Erectiones, Dotationes, Decreta Consistorii, Ordinationes, tum Conclusiones aliquas per Universitatem latas, Collegium et Facultatem Iuridicam concernentes, manu propria, et ingenti cura ac Solicitudine quorundam Doctorum et Professorum Domum hanc quondam inhabitantium, deque ea optime meritorum conscriptas, et in unum collectas. Quare conclusit Communitas per Conclusionem Domûs 1753. die 1ma Mensis Aprilis factam, ob rationes animum suum permoventibus, ne is idem Liber sit ambulatorius, sed ut penes Doctorem Facultatis maneat, et si cuipiam ex Collegis necessarius fuerit, ad breve tempus communicetur. Denique habet Communitas et Librum Regestrorum, Perceptorum, et Expensorum, in quo per Praepositum Domûs pro tempore existentem connotantur Census percepti, et juxta Fundationes inter Doctores & Professores per eundem dismembrati, aut dismembrandi.

Ex hac Domo Iure Consultorum Doctores et Professores tam in Rectores Studii Generalis, quàm et in Archivistas Archivii Universitatis assumebantur, et eligebantur, prout ad haec usque tempora assumuntur et eliguntur: quorum Rectorum et Archivistarum Series à condita Universitate firmantes possessionem ejusmodi electionis, Conclusionesque Universitatis eo fine latas recensere, longum foret. Ad hanc Domum saepissime tota Universitas Doctorum, Magistrorum, et Professorum convenire Solebat, ibidemque suas Convocationes circa varia Universitatis negotia occurrentia peragebat, ad praesens vix ad eligendum Canonicum Cathedralem Cracoviensem condescendere Solet, quod fit ex capite Collegii Majoris Artistarum, quod in se uno Solo praeambit totam Universitatem repraesentare in suppressionem Collegii Iuridici, quamvis (ut supra dictum) in omnibus Privilegiis, Prae-

rogativis

rogativis, Gratiis & Indultis seum per omnia coaequati. Pariter in hocce Collegio Juridico non defuere Viri, qui in Procuratores Bonorum Universitatis constituebantur, & modo non desunt, nisi sublato praedominatu Collegii Maioris Artistarum alternata Officii succedat. Series autem Procuratorum Universitatis de Collegio Juridico est haec =.

1442. erat. M. Joannes de Elgot Decretorum Doctor
1443. erat. M. Petrus de Zwanow Decrett. Doctor
1462. erat. M. Joannes de Oswiecim Decrett. Doctor
1467. erat. M. Stanislaus de Kobylino Decrett. Doctor
1475. erat. M Idem de Kobylino reelectus
1482. erat. M Joannes de Stawina Decrett. Doctor
1486. erat. M. Joannes de Wysoka Decrett. Doctor
1510. erat. M Nicolaus de Koprzywnica Decrett. Doctor
1533. erat. M Martinus Belze Juris Canonici Professor
1535. erat. M Joannes de Sanok Decrett Doctor
1694. erat. M Andreas Krupecki Utriusq. Juris Doctor
1719. erat. M. Joannes Lukini Utriusq. Juris Prof.
1760 erat M. Andreas Lipnewicz Utriusque Juris Doctor.

Num autem ejusmodi Leges & Statuta Collegii Juridici inpraesentiarum sint in observantia et executione? Quantum attinet Doctores et Professores idem Collegium inhabitantes, indubitati Juris: etenim Decanus Facultatis pro tempore existens vi Juramenti sui obstrictus est in diligentias & Lectiones Professorum introspicere, negligentias eorum connotare, & si quae compertae fuerint, primo domi sic negligentes Professores monere, dein corripere, demum si in eadem negligentia perseveraverint, eosdem Rectori Universitatis deferre. Praepositus quoque Domus pariter obligatur in Statutorum ad manutenenda eadem, cui eo fine adduntur Consiliarii, ut eum non solum in munere hoc consilio suo juvent, verum etiam introspiciant, si omnia per eum ad praescriptum Legum et Statutorum observantur. Quantum vero spectat praepotentiam Collegii Maioris Artistarum super Domum Collegii Jureconsultorum, in aliquibus praefata Statuta et Leges violentiam patiuntur

tur, sed de his in desideriis.

Quo ad 3tium

ut pote, quot Professores primitus fuerint, quot & qui ad presens, quas Lectiones tradunt, quae exercitia Juris in praxi servant, et qui sunt ad presens Jurisprudentiae Auditores??

Ex Litteris Erectionis et Fundationis Universitatis Cracoviensis per Casimirum & Vladislaum Poloniae Reges, constat hos à principio fuisse Professores Juris, nempe Decretorum, Decretalium, Clementinarum, Codicis, Infortiati, Voluminis, ac Digesti Veteris & Novi: ibi = Item ex nunc salariamus Sedes infrascriptas, videlicet Sedem Decretorum, - - - Sedem Decretalium - - - Sedem Sexti Clementinarum - - - Item providemus legenti Legum Codices, - - - Infortiatum, - - - legenti Volumen, - - - legentibus Digestum Vetus et Novum. - - - A condita que itaque Universitate patet octo fuisse Sedes Professionum Juridicarum, quemadmodum et M Jacobus Ustiensis S. Theologiae et Juris Utriusque Doctor et Professor ad Urbanum VIII. in Causa Universitatis missus Orator in suo Libello Anno 1630, Typis impresso, folio 24. refert, ibi = Collegium secundum remotius est pro Octo Jureconsultis ab Eodem Rege Jagellone constitutum, praesefert formam Majoris Collegii =

Crescente vero Studio & cultiori seculo adveniente, hi Professores, eorumque Lectiones immutatae sunt, erat q Professor alius Novorum Jurium, ut constat ex Privilegio Joannis Lonarski Episcopi Cracoviensis de Actum et Datum Cracoviae 1467 die Saturni 8va Mensis Junii: alius antiquorum Jurium, ut patet ex Statuto Facultatis 25. alius Luboryuianus ut Stat 24. alius

Magdaleniticus

Magdaleniticus, ut Stat 23 a Beneficiis incorporatis Collegio Juridico ita vocitanti. Cui Professori Luboriciano Collegiatura Novorum Jurium dicebitur esse incorporata ex Actis Illustrissimi olim & Reverendissimi Friderici Cardinalis Electi Confirmati Cracoviensis 1492. Mercurii. 1. Mensis Augusti teneturque ad tradendum Processum Juris Fori Utriusque, accomodum ad Jus Regni. Item alius erat Professor Institutionum Juris Civilis, qui et Iustinianeus vocabatur, ut Stat 20. Alius Institutionum Juris Canonici ut Stat 21. Alius Doctorianus, ut Stat 22. a Dotatore Luca Doctorii sic dictus. Alius Regularum Juris ut Stat. 19.

Ex Statutis antiquis Universitatis folio 24. tit: De Quatuor Lectoribus in Jure, colligitur quatuor in Facultate Juridica esse continuos Lectores, videlicet Lectorem Ordinarium, Lector Decretorum, qui promotus fuerit, ad Prebendam Sancte Marie Magdalene, tertium Lectorem in antiquis Juribus, qui promotus fuerit ad Prebendam in Ecclesia Cathedrali incorporatam dicte Facultati: et quartus in Novis Juribus, qui promotus fuerit ad Ecclesiam Parochialem in Luboricia etiam dicte Facultati incorporatam. Et isti Lectores tenentur ad labores in Facultate Juridica ~~dictam~~ etiam faciendos, juxta idem antiquum Statutum, propterea que in dicto Statuto vocantur Lectores continui. In casu autem, quo aliquis hujusmodi Lectorum aliquo casu legitimi impedimenti perpetui, ut legere non possit, tactus aut detentus fuerit, de alio Lectore Universitas providere tenebitur. Quamvis autem ex primeva erectione et ad mentem ejusmodi Statuti antiqui Universitatis, Professor Magdaleniticus tenebatur ad legendum Sacros Canones, seu in Decretis Gratiani nihilominus per Novellam Conclusionem Facultatis 1748. die Veneris 26ta Aprilis Subsecutam, ejusmodi Lectio Sacrorum Canonum seu in Decretis Gratiani commutata est in Lectionem Juris Naturalis et Gentium.

Ad presens itaque sunt Professores Juris Amus

Professor in Antiquis Juribus Canonicus Cathedralis Cracoviensis Perillustris et Reverendissimus M. Jacobus Mariszowski Utriusque Juris Doctor et Professor, ejusdemque Facultatis Procancellarius, qui secundum immediate allegatum Statutum Antiquum Universitatis tenebatur continuo de die in diem Lectionem in antiquis Juribus legere, verum postea per Statutum Facultatis 25. obligatur tantum semel in Septimana aliquem Tractatum plausibilem ex Jure ad placitum sui legere, prout post finitos tractatus de Irregularitatibus de Censibus et reductione Monetae legit tractatum de Monetariis et poenis eorum Feriis Sextis, horâ tertiâ pomeridianâ. 2dus. Professor Luboryanus, olim Novorum Jurium, ut dictum supra, nunc Processus Juris M. Andreas Lipiewicz Utriusque Juris Doctor et Professor, interea Facultatis Decanus, qui post finitum Processum Juris tam in prima, quam in secunda, et tertia Instantiis, et Processum Commissorialem legit quotidie, exceptis diebûs Festivîs et Feriatîs Processum Finium Regundorum seu Granitialem ad praescriptum Juris Regni et Magni Ducatus Lithvaniae horâ consvetâ Octavâ Matutinâ.
3tius Professor Doctorianus M. Stanislaus Fiorkiewicz Utriusque Juris praesentatus, pronunc Studii Academiae Posnaniensis Rector, qui per suum Plenipotentem quotidie ad mentem Ordinationis Fundationis Lucae Doctorii S. Theologiae et J. U. Doctoris Canonici Cracoviensis 1636. die Quarta Aprilis approbatae tenetur legere casus Conscientiae de Sacrificio horâ Consvetâ Nonâ Matutinâ; insuper ad mentem ejusmodi Ordinationis obligatur adesse examini Ordinandorum, ut videat profectum suarum Lectionum, et cum electus fuerit ad ejusmodi Professionem debet se praesentare Illustrissimo et Reverendissimo Capitulo Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis. Caeterum isthac Commutatione hyberna dictam Lectionem casuum Conscientiae de Sacrificio Missae ob defectum Auditoris

Plenipotens

Plenipotens illius non tradit. 4tus Professor Magdale nisticus M. Carolus Marxen Utriusque Juris Pro: fessor, olim Decretorum, nunc juxta Novellam Conclu sionem Facultatis continuat Lectionem Juris Naturæ et Gentium quolibet die præter Festa horâ consvetâ Se primâ Matutinâ. 5tus Professor Juris Canonici M. Franciscus Minocki Utriusque Juris Professor, qui Jus Canonicum horâ secundâ pomeridianâ ex ceptis pervigiliis et diebus Sabbativis tradit. 6tus Professor Juris Civilis M. Franciscus Cwie nowicz Utriusque Juris Professor; qui Jus Civile ad Jus Regni accomodum horâ primâ pomeridianâ le git. 7mus Professor est Regularum Juris M. Jo annes Cantius Torzani Utriusque Juris Professor, qui simul est Senior Bursæ sive Contubernii Jurisperito rum legit quolibet pervigilio et diebus Sabbativis horâ primâ pomeridianâ Regulas Juris Canonici, obstri: ctusque est etiam diebus Vacantiarum ad legendum easdem juxta Stat. 19. et Privilegium Joannis Konarski Epi scopi Cracoviensis 1510. die 29. Maji. Qui Professor Regularum Juris præter dictam Lectionem accepit ad legendum quolibet die non impedito Jus Regni horâ tertiâ pomeridianâ; quam tamen ob defectum Audito ris non legit. 8va Professio vacat ad præsens, cum vocatus ad Collegium Professor necdum respon derit pro loco, neque præscriptas formalitates ad men tem Statutorum adimpleverit, atque in Rectoratu Co loniæ Academicæ Leopoliensis commoretur. Quare hac Commutatione Hybernâ per supradictos Pro: fessores leguntur præfatæ Lectiones Juris.

	7mâ Matutinâ.	Jus Naturæ et Gentium	
Horâ	8vâ Matutinâ	Processus Criminalis	
	9na Matutina	ob defectum Auditoris	Vacat.
	1mâ Pomeridiana.	Jus Civile	
Horâ	2dâ Pomeridiana	Jus Canonicum	
	3tiâ Pomeridiana.	ob defectum Auditoris	Vacat.

Feriis Sextis de Monetariis et eorum Pœnis hora Tertia pomeridiana

Pomeridiana.
Pervigiliis et diebus Sabbativis Regulae Juris Canonici.
Qualia vero exercitia in praxi Serventur, edocet dicta Novella Conclusio Facultatis 1748. die 26ta Aprilis sub secuta, quod nempe = Singuli Doctores et Professores Facultatem Juridicam constituentes, cujuscunque ii sint Dignitatis et Praerogativae, nemine illorum excepto, erunt perpetuo obligati, quilibet illorum durante Studio Juridi co ex sua, quam tradet, lectione, omni per cursum lectionis Septimana, die non impedita circulum cum Auditoribus per totam horam ex praecedenter dictato tractatu, aut Rubrica habere, ea conditione: ut unus ex Auditoribus argumenta et dubia adhibitis allegationibus ex Corpore Juris proponat, alter eadem argumenta reassumat et solvat. Professor vero arguentes instruet, ad ulterius arguendum materiam Suggeret, dubia dilucidabit, atque Canones Capitula, sive Leges allegatas, sive earum glossas, tum Authores explanabit. Ad quos Circulos liberum erit Decano Facultatis, Doctoribus, ac etiam Professoribus venire, et arguentium dicta auscultari ac dirigere. Insuper unusquisque ex praedictis Doctoribus et Professoribus Utriusque Juris ex Sua lectione captato tempore opportuno, etiam non expectato fine lectionis publicam Disputationem revisis prius per Decanum Facultatis, aut si Decanus disputabit, per Seniorem Doctorem Conclusionibus, instituere, pro eadem ad arguendum Doctores et Professores Facultatis aut etiam extraneos invitare tenebitur, et erit adstrictus =
Quae exercitia Juris ita per Facultatem ordinata, approbavit Universitas per Conclusionem Suam 1750. Ao. die 25. 7bris Rectoratu M. Casimiri Palaszowski subsecutam, ibi = Approbatio Ordinationis Disputationum Lunarium in Facultate Juridica hactenus dilata, nunc ratificatur cum hac Clausula Ordinationi inserenda. Quod si aliquis pro turno seu Ordine Lunaris Disputationis ex Illustribus Clarissimis Doctoribus et Professoribus Utriusque Juris esset impeditus infirmitate vel aliqua legalitate, alius ordinem et turnum suppleat, ne aliquis Mensis Disputationibus determinatus

determinatus, sine Disputatione prætermittatur: ille tamen, qui suo loco non disputavit, cessante infirmitate vel legalitate alio Mense obligationi satisfaciet.

Ut vero majori cum diligentia tam supradictæ Lectiones, quam et exercitia Juris peragantur, placuit non tantum Universitati in negligentes Professores pœnam extendere, qualis habetur in Statutis Antiquis Universitatis folio 24. de Pœnis negligentium legere, ibi = Item Statuimus &c. quod si aliquis prædictorum Lectorum Juris Canonici Lectionem suam modo præmisso facere neglexerit, Lector Ordinarius in sex grossis, et omnes alii quatuor grossis pro singulis Lectionibus neglectis puniri debeant, eisdem ex Salariis ipsorum irremissibiliter defalcandis. Et si qui ipsorum Beneficia pro Salariis habuerint, a talibus hujusmodi pœnæ per Censuram Conservatoris exigantur, quæ inter Collaborantes cæteros pro ipsorum utilitatibus dividantur = Juxta Statuta vero Facultatis et signanter Stat. 18vum de Obligationibus Professorum, quilibet Professorum, suscepta aliqua Professione, ne inutiliter inter alios Comprofessores toleretur, et ut suam, quã natus est Sparthàm reipsa et non ad colorem tantum adornet, ad suferenda onera, quæ unaquæque Professio requirit, obligatur, et Statuto eodem sub pœna amissionis Professionis cum Collegiatura, præmissa trina Canonica monitione adstringitur. Et in fundamento ejusmodi Statutorum tam Universitatis totius, quam Facultatis, etiam per Novellam supra allegatam Conclusionem Facultatis cautum est per expressum, ibi = Ut autem præmissa cum certiori effectu compleantur, placuit Authoritate Statuti præsentis pœnas contra Doctores et Professores tam Circulos Septimanatim, quàm Disputationem publicam ex Lectione finita non absolventes, et ad arguendum toties, quoties invitabuntur non venientes, nisi aliquos Vera infirmitas, aut absentia diuturna ob negotium Universitatis vel Collegii in longinquo tractandum excuset, vel nisi cum aliquo per Facultatem mediante Conclusione ob legitimas rationes lata

dispensatum fuerit, irrogare tali modo. Quod si quis Docto-
rum vel Professorum Circulum vel Disputationem ex Lectio
ne prelecta et finita omisent, aut etiam ad arguendum in
vitatus die Disputationi prefixa ad Lectorium non de
scenderit, dismembrationibus omnibus ex Domo Collegii
Juridici provenientibus carebit, et sors, que eum concer
neret, inter alios diligentiores dividetur. Quod si reni
tens iterum ac iterum fuerit, ab optionibus ad Beneficia,
habitationes, Cellaria et Doctoratum, si Professor fue
rit, omnino & indispensabiliter erit alienus, et ascen-
sum incapax. Si autem ita pertinax et capitosus exti
terit & huic Statuto obedire noluerit, exturi exclusio-
nis pene subiacebit, & a Lectura omnino uti inuti
lis removebitur, aliusque in Locum ejus quam primum
vocabitur. — Et cum ejusmodi rigor extensus sit in Do
ctores & Professores Juris, procul dubio hic Ordina
tio Studiorum et exercitiorum Juris manutenetur, utque
semper manuteneatur, per Decanum dicte Facullta
tis serio introspicitur.
Pro Studentibus et Auditoribus Juris Canonici e
rat donata certa Domus et area in platea Canonicali
sita per Illustrissimum et Reverendissimum Capitulum
Cracoviense accedente consensu Reverendissimi in Christo
Patris Dni Sbignei Episcopi Cracoviensis Universi
tati Studii Cracovien. que vocabatur Bursa Pisarum,
alias Pischowa Bursa, quam iterum Illustrissimum
et Reverendissimum Capitulum rehabuit et acquisivit
ab Universitate predicta, in Anniversarium prefati
Sbignei Episcopi et Cardinalis Cracoviensis, recepta
et in compensationem legitima et justa alia area in
postico Collegii Artistarum sita, ubi olim Judeorum
Synagoga et hospitalia habebantur, ac insuper Se
xingentas Marcas, ut constat ex Litteris Resigna
tionis ejusdem Burse Pisarum de Datum Cracovie
Die Martis ultima Mensis Februarii Anno Dni
1469. Que Domus et Marce Sexingente quomodo
ad presens converse sint, doceat Procurator Universitatis.

Pariter

Pariter manentes in Bursa Canonistarum seu Contubernio Jurisperitorum tenentur et adstricti sunt ad audiendas Lectiones in Jure, juxta Stat. 1mum. ibi = Suscipiantur ad Contubernium Jurisperitorum Alumni in literis fundati ad Juridicum Studium habiles = et Stat. 5tum. ibi = Ut re non nomine tantum dicatur Contubernium Jurisperitorum, singuli lectionem saltim unam in Jure audiant. = . De quibus audiendis Lectionibus in Jure per praedictos Bursam Juristarum inhabitantes est Conclusio Universitatis Rectoratu M. Mathiae de Kobylino Sae. Theologiae Professoris Anno 1492 die Jovis 1ma Mensis Martii tenoris sequentis = Quod omnes et singuli Studentes in Bursa Canonistarum, alias Longini nuncupata commorantes ne et tempus et pecuniam inutiliter consumant utque ipsis in scientia et moribus via proficiendi opportuna non desit Lectiones per Decretorum Doctores in Facultate Canonica legi consuetas qualibet die legibili audire diligenter debeant et sint adstricti prout hoc in Privilegio Fundationis praefatae Bursae Canonistarum clare expressum est, istaque fuit motiva ratio et finalis ipsius Fundatoris. Id ipsum eruitur ex Ordinatione Gervasciana ibi = Optandum esset, ut ii tantum habeantur in Contubernio, qui Juri Canonico, et Civili operam darent, sed cum plerumque &c. unam lectionem Juris audient, Institutiones Juris videlicet, Juris Regulas. Discant scribere Citationes, formulas Judiciales, Instrumenta Contractuum &c. = Ex Fundatione autem Petri Tylicki Episcopi Cracoviensis constituti sunt et fundati quatuor Studiosi in Academia Cracoviensi Juris Civilis et Canonici, habituri in Contubernio Jurisconsultorum. Jam vero altae memoriae Eminentissimus Cardinalis Lipski Episcopus Cracoviensis per publicum editum suum de Datum Radloviae die 5ta Mensis Decembris A. Dni 1739. praecepit omnibus ad Statum Spiritualem aspirantibus, quatenus Lectionibus Juridicis invigilarent, requirendo Rectorem, Provisorem & Professores Studii

Universitatis

Universitatis, quatenus Studentes suos ad audiendas ejusmodi Lectiones alliccerent, inducerent, et compellerent.

Ad praesens Jurisprudentiae Auditores sunt hi. Et quidem sub Perillustri et Reverendissimo Canonico Maruszowski, qui tradit tractatum de Monetariis et eorum poenis.

Admodum Reverendus Jacobus Lodzinski Curatus in Palczowice Dioecesis Cracoviensis.
Illustris et Addm Rndus Antonius Gałęski Canonicus Vielunensis Archidioecesis Gnesnensis.
Clarissimus M. Stanislaus Petulski Phiae Doctor et Prfr.
Clarissimus M. Ignatius Pawluszkiewicz Phiae Dr et Prfr.
Addm Rndus Simon Myszyrowicz Presbyter Dioecesis Cameneciensis.
Excellens M. Antonius Camelin Phiae Doctor et Prfr.
Excellens M. Miklasiewicz Phiae Doctor et Prfr.

V. Antonius Domiechowski Dioecesis Posnanien.	AA. LL. et Phiae Baccalaurii
V. Josephus Muszynski	
V. Laurentius Skibinski	
V. Gaspar Sierzawski Dioecesis Posnanien.	
V. Constantinus Pomianowski Dioecesis Plocen.	M. Or. Clerici
V. Antonius Przybyszewicz Dioeces. Vlodimirien.	
V. Antonius Długoborski Dioeces. Plocen.	

G. Joannes Wroblewski
G. Josephus Reptowski
G. Joannes Szczygielski
G. Joannes Pilger

Sub M. Andrea Lipiewicz uti Processus Granitialis ad Jus Regni et Magni Ducatus Lithvaniae accomodi Professore, Auditores sunt sequentes.

Admodum Reverendus Jacobus Lodzinski, Curatus in Palczowice Dioecesis Cracoviensis
Admodum Reverendus Simon Myszyrowicz Presbyter Dioecesis Cameneciensis
Excellens M. Antonius Camelin Phiae Dr et Prfr

Excellens

Excellens M. Bonifacius Łaycki
Excellens M. Michael Axer
Excellens M. Stanislaus Kostka Miłkuinski
Excellens M. Adalbertus Michonski — Philiae Dres et Pfsrs
Excellens M. Jacobus Nalepczynski
Excellens M. Adamus Gaykowski
V. Caspar Sierawski AA LL et Philiae Baccalaureus Diecesis Posnaniensis
V. Thomas Płosiak Diecesis Cracovien
V. Antonius Przybyszewicz Dieces. Vlodimir. — Mrm Ord. Clerici
V. Constantinus Pomianowski Dieces. Ploccen.
V. Ignatius Tuszynski Dieces. Cracov.
G. Joannes Pilger Archidiecesis Gnesnensis
G. Joannes Wroblewski
G. Elias Drzewiecki — Diecesis Cracoviensis
G. Casimirus Wacławowicz sive Wanzatowicz
G. Joannes Olszanski Diecesis Premysliensis
G. Florianus Kręcki Diecesis Cuiaviensis

Sub M. Carolo Marxen, uti Professore Juris Naturae et Gentium Auditores sunt hi.
Excellens M. Jacobus Nalepczynski
Excellens M. Albertus Michonski — Philiae Dres et Pfsrs.
Excellens M. Franciscus Tylkowski
Excellens M. Valentinus Bankowski
V. Josephus Szeliski — AA LL et Philiae Baccalaurei
V. Josephus Otrzykowski
G. Antonius Lotuski
G. Elias Drzewiecki
G. Nicolaus Morozowicz

Sub M. Francisco Minocki uti Professore Juris Canonici, Auditores sunt hi.
Addm Rndus Jacobus Lodzinski
Addm Rndus Simon Myszyrowicz — Presbyteri
Addm Rndus Albertus Jakubowski

V. Ioannes Olechowski
V. Nicolaus Długoborski
V. Michael Gałęzki
V. Constantinus Pomianowski. } Mim Ord. Clerici

Clarissimus M. Stanislaus Petulski
Excellens M. Antonius Camelin
Excellens M Michael Miklasiewicz } Phiae Dres et Prfres

V. Josephus Muszynski
V. Antonius Domiechowski
V. Joannes Tuszek } AA LL et Phiae Baccalaurei

G. Josephus Morawski
G. Casimirus Wacławowicz
G. Joannes Olszawski
G. Stephanus Hopinski

Sub M. Francisco Cwierzowicz uti Professore Iuris Civilis. Auditores sunt hi.

Addm Rndus Jacobus Łodzinski
Addm Rndus Simon Myszyrowicz } Presbyteri

V. Joannes Olechowski
V Nicolaus Długoborski
V. Ignatius Muszynski
G. Elias Drzewiecki
G. Theodorus Terlecki ex Terra Premysliensi
G. Joannes Wroblewski
G. Casimirus Wacławowicz
G. Casimirus Nackiewicz
G. Josephus Lilium Varmiensis
G. Adamus Bulewski

Sub M. Joanne Cantio Toryani uti Professore Regularum Iuris Canonici, Auditores sunt hi.

VV. Josephus Muszynski
Antonius Domiechowski
Casimirus Kapuscinski
Mathias Brachucki
Ignatius Oczykowski } AA LL et Phiae Baccalaurei

Josephus Muszynski

VV. Josephus Muszynski } AA.LL. et Phiae Bacca Laurei
Laurentius Skibinski
Gaspar Sierzawski
Illustris Antonius Gałęski Canonicus Vielunensis
V. Nicolaus Dlugoborski
M. Daniel Błeszynski
PP. Aegidius Opęchowski
Simon Szczygielski
Antonius Sierakowski
Joannes Stanski
Josephus Rogolski
Mathias Zgodzinski
Joannes Piedzinski
Josephus Jurcewicz
Mathias Kotkiewicz
Antonius Michałowski
Jacobus Brianowicz
Casimirus Łakusiewicz
Thomas Kuderski
Josephus Lilium
Christophorus Waligurski
V. Joannes Mikłusinski Elbin
Josephus Rogowski
Ignatius Waligorski
Adalbertus Jurdzinski
Elias Drzewiecki
Mathias Tylkowski
Franciscus Ciaputowicz
Gregorius Soszynski
Stanislaus Zarzycki

Hi tamen omnes tam Professores quam Auditores habent sua interstitia et dies illegibiles, quibus ad tradendas vel audiendas Lectiones dispensantur, et quidem Doctores et Professores, ut habeant

tempus admaturiùs Lectiones Juridicas colligendas.
Commutatione namque æstiva Lectiones Juridicæ
debent inchoari post Festum S. Stanislai Episcopi,
et Martyris, et continuari usque ad Festum Translatio
nis Ejusdem S. Stanislai. sed Festo S. Joannis, feriis
rusticis a Festo Sᵗᵉ Margarethæ inchoandis, et in Fe
sto S. Bartholomei terminandis, tum Festo S. Augu
stini Ecclesiæ Doctoris silent. Commutatione verò
hyemali reassumuntur post Festum SS. OO. continu:
anturque ad Dominicam Passionis, exceptis Festis
ad populum, tum Festo Præsentationis B. V. Mariæ.
Nativitatis Christi Domini a pervigilio S. Thomæ
Aquinatis, et S. Gregorii Papæ, juxta Statutum 30
Facultatis Juridicæ. Tum juxta consvetudinem omni
um Universitatum exceptis Feriis repentinis.

NB Quamvis vero dicto Collegio Juridico competat
alternata Beneficiorum S. Nicolai extra muros Cra
coviæ ac Præpositure in Ecclesia Collegiata Sᵗᵉ
Annæ, de quibus infra circa Beneficia dicetur, idq
cum egressu de Collegio: non tamen egredientes de
illo ad præfata Beneficia liberati sunt a tradendis
dictim Lectionibus in Jure, qui enim sentit commo
dum, debet sentire et onus, nisi cum ipsis ob infirmita
tem aut Senium vel aliquod legale impedimentum
per Universitatem dispensatum fuerit. Quinimo
præter tradendas Lectiones obligatur Plebanus Sancti
Nicolai ad certos actus publicos tribus diebus post Fe
stum Paschæ, et aliis tribus post Festum S. Mi:
chaelis juxta Conclusionem Universitatis Rectora
tu M. Jacobi de Gostynin Sᵃᵉ Theologiæ Pro
fessoris Anno 1504. Mercurii Tertia Men
sis Julij subsecutam et auscultatam ..

Quò ad 4tum

Quo ad 4tum

videlicet, Communitas Collegii Juridici, tum Lectiones in Jure quos Proventus et Fundationes habeant? qui ab origine fuerunt? qui diminuti? et qui totaliter perierunt?

Quo ad hoc punctum quatuor legitimanda veniunt. 1mum Communitas Collegii Juridici quos et quales Proventus, tum fundationes habeat? 2dum In quibus et qualibus proventibus Lectiones seu Professiones in Jure fundatæ sunt? 3tium Qui sunt diminuti? 4tum Qui totaliter periere?

Quantum attinet Communitatem Collegii Juridici: tam ab antiquo, quam etiam successu temporis ex liberalitate et munificentia suorum Fundatorum, Benefactorumve hos proventus et fundationes, partim inter Doctores et Professores dismembrandos, partim pro Anniversariis celebrandis pro Fundatoribus suis, partim pro Burcanis seu eleemosynis inter pauperes Scholares studia in Universitate tractantes ad mentem Fundationum distribuendis, habet ac possidet, idque vel in Bonis Terrestribus, vel in Domibus lapideis inscriptos & locatos.

Ex Bonis Terrestribus hi percipiuntur Proventus.

Et quidem alii pro Mensa Communi Collegii convertendi et inter Doctores ac Professores actu Collegium inhabitantes dismembrandi, alii ad absolvenda Anniversaria pro Fundatoribus ordinati.

Pro Mensa Communi convertendi, ac inter Doctores et Professores dismembrandi hi sequuntur Proventus.

	Marcæ		Floreni	
	in toto	per medium	in toto	per medium
Ex Bonis Villarum Gorka et Sadowie a Religiosis Patribus Ordinis Prædicatorum Conventus Cracoviensis S.S.mæ Trinitatis vigore Sententiæ Compromissorialis de Præbendis Ecclesiæ S. Ægidii Cracoviæ sitæ, per Sedem Apostolicam 12. Augusti 1595 approbatæ, solvuntur quotannis duabus rathis, nempe pro Festo Paschatis, et pro Festo Michaelis(. . .			200 .	
Verum hæc pensio est cum magna læsione Collegii Juridici. Cum enim in dicta Sententia Compromissoriali per expressum additum sit, quatenus ejusmodi annua pensio tertiam partem proventuum ex iisdem Bonis provenientium attingat, cum præsens autem ex iisdem Bonis proventus plusquam ad 5000. ascendat. Præterea, quia circa Annum 1595. maioris valoris fuere grossi et moneta: quo circa dicta pensio Collegio Juridico per præfatos Patres bonificari deberet. sed respectu istius pensionis erit desiderium Collegii Juridici.				
Ex Bonis Janowice in Palatinatu Cracoviensi, Districtu Sandecensi consistentibus, Magnifici Kotłowski Judicis Terrestris Palatinatus Cracoviensis Hæreditariis à Summa Capitali 10.000 florenorum polon. Fundationis Perillustris olim Petri Orłowski Præpositi Infulati Tarnoviensis, Sabbatho ante Festum S.tæ Priscæ Virginis proximo 1701. Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus cum obligatione, ut post Mensam per quemlibet Professorem recitetur Psalmus=				
Latus facit				

	Marcae		Floreni	
	in toto	per medium	in toto	per medium
Transport Lateris				
Psalmus = De profundis = cum Oratione pro anima Petri Sacerdotis inscripta, debetur Census			700.	350
Ex Bonis Gruszow et Imbramowice Magnifici Dembinski, Capitanei Volbromensis Haereditarius a Summa Capitali 10000 floren Polon. Fundationis Perillustris olim Christophori Sowinski S. Theologiae Dris et Professoris, S. Floriani Clepardiae Decani, ex Bonis Witowice levata, et in supra dictis Bonis Gruszow coram Actis Castren. Cracovien. Feria 4ta ante Festum S. Aegidii Abbatis proxima 1747 inscripta debetur Census			600	300
Ex Bonis Naklo Magnifici Mlodzianowski Capitanei Rozanensis Haereditarius, in Palatinatu Cracoviensi, Districtu Lelowiensi consisten. a Summa Capitali 3000 floren. polon. Fundationis Perillustris olim Sebastiani Piskorski U. J. Dris et Profris, coram Actis Castren. Cracovien. Feria 5. ante Fm S. Agnetis proxima 1687. inscripta, debetur Census			210.	105.
Ex Bonis Przybysławice et Brzorowka Magnifici Błeszynski Haereditarius, a Summa Capitali 1000. floren. Polon. Fundationis Perillustris olim Lancicki U. J. Doctoris et Professoris, Coram Actis Castrensibus Cracovien. Feria 4ta ante Festum Sancti Valentini Martyris proxima Anno 1700 inscripta debetur Census			60.	30
Latus Facit.				

NB. per 6. Zapisana

	Marcae in toto	Marcae per medium	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Lateris.				
Ex Bonis Pluhow et Czermin in Palatinatu Cracoviensi et Districtu eodem consistentibus a Summa Capitali 800 floren Polon Fundationis Perillustris olim Ioannis Krosner U. I. Drīs, Coram Actis Castren Cracovien Feriā 4tā ante Festum S. Valentini Martyris proxima Anno 1632 inscripta, debetur Census	.	.	48.	24.
Ex Bonis Luczyce Magnifici Straszewski Thesaurarii Palatinatus Cracovien Hereditarius a Summa Capitali 100. Marcarum Anno 1545 die Sabbathi 17. Mensis Januarij inscripta, Solvuntur tantum Simplices Marcae alias pro currenti . . .	4	.	.	6. „ 12.
Census iste est Fundationis Collegii Iuridici ad usus ejusdem, verum ratione reductionis Marcarum agendum est.				
Ex Bonis Wysoka et Stanisław in Palatinatu Cracoviensi, Ducatu Zathoriensi consistentibus a Summa Capitali 100. Marcarum Fundationis M. Jacobi Belze U. I. Drīs, Coram Actis Terrestribus Zathoriensibus ante Fm S. Adalberti 1545 inscripta, debetur Census	4	.		
Verum hic Census a plurimis Annis non percipiebatur ad praesens vindicatur.				
Ex Bonis Dobranowice Fundationis olim Rndmi Stanislai Krasinski Archidiaconi Cracovien juxta Ordinationem ejusdem per manus Vice Procuratoris Illustrissimi Capituli Cathedralis Cracoviensis debetur pensio annua	.	.	20.	. .
Latus facit.				

Ex Bonis

	Marcæ in toto	Marcæ per medium	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Latens				
Ex Bonis Pielgrzymowice et Swiebotowice Universitatis Cracovien. a Summa Capitali 600. floren. Polon. Fundationis M. Sebastiani Krupka U. J. Dris debetur Census			48	24.
Ex Bonis Nasiechowice Universitati Cracoviensi Solvitur antiqua pensio			12	
Ex Bonis Wielmoza et Milonki Fundationis Staringelianæ per Manus Procuratoris Universitatis Solvitur pensio			16	
A Magnifico Hieronymo Ossindski Capitaneida Sczerczoviensi a Summa Capitali 6000. floren. polon. vigore Scripti Manualis Coram Actis Castren. Cracovien. Sabbatho post Festum SS. Trium Regum 1759 roborati Fundationi altæ memoriæ Celsissimi Illustrissimi Andreæ Zaluski Episcopi Cracovien. de qua fusius in desideriis percipitur Census per quinque a centum				300.
Summa Proventuum pro Communitate et in usus illius.				

Census ex Bonis Terrestribus pro absolvendis Anniversariis Fundatorum ordinati.

	Floreni in toto	Floreni per medium
Ex Fundatione Perillustris olim Petri Orlowski Praepositi Infulati Tarnoviensis tenetur Collegium Iuridicum quolibet Quartuali in Ecclesia Collegiata SS. OO. Cracoviae celebrare Anniversaria, & quidem Imum pro anima Petri Sacerdotis Fundatoris. 2dum pro anima Andreae Grabianowski Sacerdotis. 3tium pro animabus Parentum, Fratrum, et quorumvis Consanguineorum Fundatoris. Quarto vero Quartuali tenetur Missam Votivam decantare pro Omnibus Christi Fidelibus, illa die ubicunque in toto Terrarum Orbe agonizantibus. Pro quibus Anniversariis celebrandis est Summa Capitalis 5000 floren. Polon. super Bonis Janowice Sabbatho ante Festum S. Priscae Virginis proximo 1701. Coram Actis Castrensibus Cracovien. inscripta, a qua Census	350.	175
Qui Census non aliter nec alias distribuendus venit, nisi inter Professores actu praesentes in dictis Anniversariis et Missa Votiva		
Ex Fundatione Perillustris olim Stanislai Burzynski Canonici Varmiensis obligatur Collegium Iuridicum ad celebrandum unum Anniversarium pro anima Stanislai Sacerdotis in Ecclesia Collegiata SS. OO. Pro quo Anniversario est Summa Capitalis 9000. floren. Polon. in Bonis Wiackowice & Grabno Magnifici Kotkowski Iudicis Terrestris Palatinatus Cracoviensis inscripta, a qua Summa per manus Provisoris ejusdem Fundationis Burzynianae per Universitatem eligendi recipit Censum		300

Ex Fundatione

Latus Facit . .

	Floreni in toto	Floreni per medium
Transportatt.		
Ex Fundatione Addm. Rndi olim Martini Matyskiewicz Praepositi Jordanoviensis tenetur Collegium Juridicum celebrare Anniversarium in Ecclesia Collegiata SS. OO. pro anima Martini Sacerdotis. Pro quo Anniversario celebrando est Summa Capitalis 10000 floren. Polon. in Bonis Dziekanowice et Sierakow Feria 4ta post Dominicam Laetare proxima 1755 Coram Actis Castrensibus Cracovien. inscripta; a qua Census per quinque à Centum		500.
Ex Fundatione Perillustrium olim M. Andreae Krupecki et Joannis Ekart Utriusque Iuris Doctorum tenetur Collegium Juridicum celebrare duo Anniversaria Amum in Ecclesia Collegiata SS. OO. die 17. Junij pro anima Andreae Sacerdotis. 2dum in pervigilio Sancti Joannis Baptistae in Ecclesia Sae Mariae Magdalenae pro anima Joannis Sacerdotis. Pro quibus Anniversariis celebrandis est Summa Capitalis 7400 floren. Polon. super Bonis Rogow Illustrissimi olim Wodzicki Procancellarii Regni Haereditariis Sabbatho post Octavas SSmi Corporis Christi 1732 Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus inscripta, a qua Census	518	259
Latus facit		

	Floreni in toto	per medium
Transport Lateris		
Ex Fundatione Perillustris olim Waleszynski S.ae Th.lgiae D.ris et Pfris tenetur Collegium Juridicum celebrare Anniversarium pro anima Martini Sacerdotis. Pro quo Anniversario celebrando est Summa Capitalis 4000 floren. polon. in Bona Młodziejowice et Polen Universitati importata, a qua per manus Procuratoris Universitatis Census	280	140.
Ex Fundatione Perillustris olim M. Petri Szymakowski S.ae Theologiae Doctoris et Pfris tenetur Collegium Juridicum celebrare Anniversarium, ubi eidem placuerit, sive in Ecclesia Collegiata SS. OO. sive etiam in Capella S.ae Mariae Magdalenae pro animabus omnium illorum, qui a condita Universitate eidem incorporati fuere. Pro quo Anniversario celebrando est Summa Capitalis 5000. floren. Polon. pariter in eadem Bona Młodziejowice et Polen importata, a qua per manus Procuratoris Universitatis Census	350	175.
Ex Fundatione Perillustris olim M. Topinski U. Juris Doctoris et Pfris tenetur Collegium Juridicum celebrare Anniversariū pro anima . . Pro quo Anniversario celebrando est Summa Capitalis 1000 floren. Polon. similiter in praedicta Bona Młodziejowice et Polen importata, a qua Summa per manus Procuratoris Universitatis Census	70	35.
Ex Fundatione Perillustris olim M. Jacobi Gorski Utriusque Juris Doctoris et Professoris tenetur Collegium Juridicum celebrare Anniver		
Latus facit.		

	Floreni in toto	per medium
Transport Latt°		
re Anniversarium pro anima Jacobi Sacerdotis. Pro quo Anniversario celebrando est Summa Capitalis 1000. floren. polon. in Bonis Xiąznice et Karsy, prope Mielec inscripta, a qua per manus Procuratoris Capituli Ecclesiae Collegiatae SS. OO. Census	60	30
Ex Fundatione Perillustris olim M Dionisii Politowicz tenetur Collegium Juridicum celebrare Anniversarium in Ecclesia Collegiata SS. OO. pro anima Dionisii Sacerdotis. Pro quo Anniversario celebrando est Summa Capitalis 1000. flor. Polon. in iisdem Bonis Xiąznice et Karsy inscripta, a qua Census per manus Procuratoris Capituli Ecclesiae Collegiatae S. Annae	60	30
Summa Proventuum pro Anniversariis Celebrandis.		

Ex Domibus Lapideis hi percipiuntur Proventus pro Communitate	Mediae Sexagenae in toto	per medium	Floreni in toto	per medium
Ex Lapidea Podelwie dicta in Platea Castrensi Cracoviae sita, à Summa Capitali 1300 floren. per mediam Sexagenam Fundationis Petri Posnanien. Medicinae, et Sigismundi de Strzyca U. J. Doctorum Canonici Cathedr. Cracovien. Feria 2da ante Festum S. Priscae 1585. coram Actis Scabinalibus Cracovien. inscripta debetur Census	65	.	.	65

	Media Sexagenae in toto	Media Sexagenae per medium	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Latt.	65	.	.	65
Ex Lapidea Majerowska, per prius Fryznekierowska ad praesens Spectabilis Hendell haereditaria dicta in Platea S. Floriani Cracoviae sita a Summa Capitali 400 floren. Polon. Feria 5ta post Dominicam Cantate proxima 1680. Coram Actis Consularibus Cracovien. inscripta debetur Census	.	.	24	12
Ex Domo Wolmanowskie, expost Łabęckie, ad praesens Dorkiewiczowskie dicta, Clepardiae sita, a Summa Capitali 100. floren. Polon. Feria 4ta ante Festum S. Margarethae proxima 1612 Coram Officio Consulari Clepardiensi inscripta Solvitur Census	.	.	.	6.
Ex Lapidea Rozdziałowska, ad praesens pod Laternią dicta Nobilis Soldadyni haereditaria a Summa Capitali 1000. floren. Polon. Fundationis Perillustris olim Thomae Swinarski U. J. Doctoris et Lgfris Feria 6ta pridie Festi SS. Viti & Modesti 1630. inscripta debetur Census	.	.	60	30.
Sed hunc Censum ob continuationem Processus cum Nobili Soldadyni ab aliquot Annis Collegium non percipit.				
Ex Lapidea pod Murzyny dicta in Platea S. Floriani Cracoviae sita, a Summa Capitali 600 Floren. Polon. Feria 6ta ante Dominicam Rogationum 1694. Coram Officio Consulari Cracoviensi inscripta, quae originaliter				

Latus facit

	Mediae Sexagenae in toto	Mediae Sexagenae per medium	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Latens —				
inscripta fuit in Lapidea Cebrowska, in Platea Castrensi Cracoviae sita, exinde vero in dictam Lapideam Pod Murzyny, ac tandem in Lapideam antiquitus Wroblewiczowska, dein Bonarskich dictam in Platea S. Nicolai sitam de Actis in Pretorio Cracoviensi Feria 2da in Crastino Dominicae Rogationum 1757. translata, ac successive de dicta Lapidea Bonarskich levata, et per Magnificam Cristinam de Starowieyskie Lodzinska Burgrabiam Cracoviensem Scripto manuali de Datum Cracoviae 1758 die 18. Decembris assecurata, debetur Census — . . — —			36	18.
100 Ex Lapidea Wlochowiczowska antiquitus dicta, ad praesens Magnifici Francisci Lodzinski Subdapiferi Oswiecimensis in Platea Scriptorum Cracoviae sita a Summa Capitali 500. floren. Polon. Feria 6ta ante Festum S. Martini Pontificis 1612. Coram Actis Iudicii Scabinalis Cracoviensis inscripta debetur Census in toto flor. 30. per medium vero floren 15. Ex quo Censu pro Mensa Collegii Iuridici debentur			6	3
Reliqui vero flor. 24. per medium 12 cedere debent Altaristae S. Lazari in Ecclesia S. Mariae Magdalenae de quo infra.				
Latus facit.				

	Media Sexagena		Floreni	
	in toto	per medium	in toto	per medium
Transport Latt.				
Ex Lapidea antiquitus Radzicka, ex post Szumowiczowska, ad praesens Nobilis Erbs Paichowski hereditaria in Platea Hospitaleni Cracoviae sita a Summa Capitali 200. floren. Polon. debetur Census in toto 14. floren. per medium vero flor. 7. Verum haec Summa Capitalis per Decretum Consistorii Generalis Cracoviensis Anno Dni 1742 die Lunae 24. Mensis Septembris, detruncata est in florenis 50. Unde ad praesens restat tantum Summa Capitalis 150. floren. Polon. a qua Census debetur. - - - - - - - - - - -			$10\frac{1}{2}$	5 gr $22\frac{1}{2}$
Ex Lapidea antiquitus Sybenczyrechowska, ex post Karmicherowska, tandem Strauzowska, postea Beluowska, ad praesens Nobilis Gottler dicta, in Platea Castrensi Cracoviae sita a Summa Capitali 600 floren. Polon. Fundationis Perillustris olim Dobrowski U. J. Doctoris, Sabbatho post Festum S. Michaelis Archangeli 1599. in Officio Consulari Cracoviensi inscripta, debetur Census in toto floren.^s 36. per medium vero floren. 18.º Sed haec Summa Capitalis per Decretum Consistorii Generalis Cracoviensis A. D. 1761. die Veneris 27. Februarii inter Famatum Belica et Praepositum Collegii Juridici vigore reparationis detruncata				
Latus facit —				

	Mediæ Saxeg. in toto	Mediæ Saxeg. per medium	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Latt.				
truncata est in florenis 100. Restat tantū ad præsens Summa Capitalis 500. flor. Polon. à qua Census - - - - - - -	-	-	30	15
Ex Lapidea antiquitus Skrobigorowska, expost Abstaymowska Winiarska, ad præsens Famatæ Zawadzina dicta, in Platea S. Floriani Cracoviæ sita, à Summa Capitali 300. floren. Polon. Fundationis Perillustris Stanislai Pemirski Canonici Vladislaviensis Feria 3tia in Octava Purificationis B.V. Mariæ in Prætorio Cracoviensi inscripta, cum obligatione audiendi Sacrum in Ecclesia S.tæ Mariæ Magdalenæ debetur Census - -	-	-	21	10 g. 15.
Ex Lapidea antiquitus Szulowska, ad præsens Magnifici Dembinski in Platea Columbarum Cracoviæ sita, a Summa Capitali 400 floren. Polon. debetur Census in toto - - - - - - - -	-	-	32	16.
Verum hi Census a plurimis Annis ob vindicationem ejusdem non percipitur.				
Ex Lapidea Plembowiczowska dicta, Stradomiæ sita habuit Censum Collegium Juridicum floren. 5. a Summa Capitali 100. floren. Polon. Coram Actis Consularibus Casimiriensibus Feria 2da post Festum S. Francisci proxima 1594. inscripta. Jam vero Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ SS. OO. habuit Summam Capitalem 500. floren. Pol. A quibus Summis cum plurimos Annos retardata fuerat Solutio Census, insti				
Latus facit.				

Transport Latt.°	Media Sexagen in toto	per medium	Floreni in toto	per medium
tuit Collegium Juridicum Actionem Haeredibus ratione Solutionis ejusmodi Census retenti, obtinuitque Decreta usque ad gradum Intromissionis capiendae. Quâ captâ coepit praedictam Domum reparare, et ab Haeredibus mediante Cessione acquirere Iura, adeo ut primam Summam, videlicet floren 1755 per Religiosam Slominska, alteram Summam in restaurationem ejusdem Lapideae erogatam, nempe floren. 8212. tertiam autem Provisionalem a Summa Capitali in restaurationem praedictae Lapideae anticipatam flor. 410, alias junctam Summam floren 10.377. efficientem, tam per Iudiciũ Magnae Procurationis, quam etiam per Decretum Iudicii Postainalis adjudicatam sibi habuerit. Sed cum quidam Generosus Xięski ad medietatem ejusdem Lapideae vigore Iuris Sui se trahebat, reparationemque ceptam aliquot annis praepedivit, visum communitati Collegii Juridici dictum Generosum Xięski post tot anfractus litis pacificare, Iusque illius ad dictam medietatem ejusdem Lapideae acquirere. Prout pacificando eundem, et Ius illius acquirendo cessiose enumeravit dicto Generoso Xięski Collegium Juridicum ultra alias expensas floren Polon 1000. Iusque Ius plenum ad dictam Lapideam acquisivit. Ex qua Lapidea Solvitur ad praesens Census Annuus floren 130. Sed iste Census vix Sufficit pro modica reparatione				
Latus facit.				

	Media Sexagenæ in toto	Media Sexagenæ per medium	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Latt				
tione, aliisque necessitatibus ejusdem Lapideæ. Præfectus istius Lapideæ est unus de Professoribus per Communitatem Collegii electus, qui de ejusmodi percepto et expenso censu rationes quotannis in Convocatione Domus facit.				
Summa Proventuum ex Lapideis				

Census pro Bursanis seu Eleemosynis inter Scholares Studia in Universitate tractantes distribuendi.

Duplicis generis sunt ejusmodi Bursanæ, quædam enim ad Communitatem Collegii Iuridici præcise spectant, quæ istarum Bursanarum unum de gremio sui Doctorem vel Professorem eligit Provisorem, qui quolibet Anno rationes de ejusmodi Bursanis coram Communitate in Convocatione reddere tenetur. Quædam ad Canonicum Cathedralem Cracoviensem pertinent, ex quibus pariter rationes reddere tenetur, partim coram Rectore et Decanis Facultatum, partim coram Rectore et Decano Facultatis Canonicæ.

Bursanæ pertinentes ad Domum seu Collegium Iuridicum

Lancucciana

A Summa Capitali 5000. floren. Polon. Fundationis Perillustris olim Alberti Lancucki U. I. Doctoris et Lysiis, Canonici Cathedralis Cracoviensis Originaliter in Bonis Jaworniki Feria 3tia post Festum SS. Innocentum proxima Anno 1686. inscripta, ad presens in Bonis Ville Laszkowka Feria 6ta post Dominicam Invocavit proxima 1702. Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus locata, debetur Census. — —	Floreni in toto	per medium
	300.	150

Cum obligationibus Sequentibus 1mo Vicarius Ecclesie Luborzyciensis solvendi floren. in toto 40 per medium 20. Item Organario ejusdem Ecclesie floren. 12. per medium 6. Cantori floren. 8. per medium 4. 2do Baccalaureo Schole Scavinensis pendendi floren. 40. per medium 20. Organario floren 20. per medium 10. 3tio reliquum Censum inter tractantes Studia in Universitate ex Oppido Skawina oriundis habita proportione Studiorum et Personarum per modum Eleemosyne distribuendi.) 180

Fugaszoviana

	in toto	per medium
A Summa Capitali 200 floren. Polon. Fundationis Reverendi olim Joannis Fugasiewicz Plebani Radziesovien. Coram Actis Nove Regie Ville Feria 5ta post Festum Exaltationis S. Crucis proxima 1642. inscripta debetur Census.	14	7.
Item à Simili Summa 200. Floren. Polon. Coram Judicio in Nova Regia Villa Sabbatho ipso die Festi S. Luce Evangeliste 1642. Fundationis ejusdem inscripta, debetur Census — — — — —	14	7.

Cum obligatione Studia tractantibus in Universitate invim Eleemosyne dictum Censum distribuendi.

Latus facit —

Lissoviciana

Transport Lateris	Floreni integri	per medium
Piskorsciana		
A Summa Capitali 2000. floren. Polon. Fundationis Perillustris olim Sebastiani Piskorski Juris Utriusque Doctoris & Presb. Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feria Quarta ante Festum S. Catharinæ proxima 1700. in Bonis Villæ Rawalowice Districtus Cracovien. inscripta, debetur Census	120	60
Cum obligatione quotannis ad manus Rndi Sacristæ Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ Cracoviæ numerandi floren. 60 per medium 30. pro decantanda Missa Votiva de S. Sebastiano in Capella ejus, prima die post Octavas SS. Trium Regum, cum Collecta pro Sebastiano Sacerdote, tum absolvendi Anniversarium pro Animabus Patrum Fratrum etc. Fundatoris in Pervigilio S. Sebastiani. Item floren. 20. per medium 10. cedere debent pro necessitatibus Sacristiæ ac pro conservando nitore ejusdem Capellæ. Reliquos vero floren. 60. per medium 30 consignabit in manus Præpositi Hospitalis Scavinensis pro Baccalaureo, Cantore, Organario, Sacristiano, qui juvare debent Vicarios in decantando Cursu B.V.M. in eadem Parochiali Scavinensi.		
Tuszynsciana		
A Summa Capitali 2000. floren. Polon. Fundationis olim Rndi Vincentij Tuszynski Parochi Janinensis super Lapidea Popiołkowska dicta in Platea Sutorum seu Conscriptorum Cracoviæ sita Feria 6ta post Festum Visitationis		
Latus facit		

	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Lateris		
P. V. Mariae proxima 1686. Coram Actis Praeto=rii Cracoviensis inscripta, percipitur Census per quinque a Centum — — — — —		100.
Item ejusdem Fundationis a Summa Capitali 1000. floren. Polon. super Bonis Villae Stębowice in Ducatu Zathoriensi consistentib. Feria 6ta post Festum S. Catharinae 1693 Coram Actis Castrensibus Osviecimensibus inscripta, debetur Census — — — — —	60	30
Qui Census uterque per Approbationem Consistorii Generalis Cracoviensis 1713 die Lunae 10. Mensis Decembris ita ordinatus est. Sex Studiosis de Oppido Zathor oriundis hic in Universitate Studia tractantibus Centum floreni pro Eleemosyna dabuntur, reliquum pro vindicatione et cura Provisor ejusmodi Burcanae tollet.		
Burcanae ad Canonicum Cathedralem Cracoviensem Fundi Karniow Spectantes		
Prima		
Est Fundationis Reverendi olim Simonis Mastowicz Praepositi Kanczuzensis et Curati Przybyszoviensis pro tribus Studiosis ex Robczyce, et duobus ex Kanczuga Oppidis oriundis. Pro qua Burcana ordinavit tres Summas Amam floren. Polon. 1000. super Bonis Nasiechowice inscriptam, ex		
Latus facit.		

post Super Lapideam

	Floreni in toto	Floreni per medium
Transport Lateris.		
post Super Lapideam Tzezerwska in Platea S. Joannis Cracoviæ sitam, ad præsens Nobilis Bajerowa Coram Actis Consularibus Cracovien sibus 1704. die 28. Novembris transportatam a qua Census	60	30
Alteram Summam Similem floren 1000. pariter supra iisdem Bonis Wasiechowice inscriptam, expost 1641. in Lapideam Joannis Henko Casimiriæ, tandem Famati Zycinski hæreditariam, translatam, a qua Census	60	30.
Ex hoc Utroque Censu debent dari hebdomadatim Singulis quinque Studiosis grossi 15. Provisori vero cedere debent floren 8.		
3tiam Summam floren Polon 300. Super Lapidea Wegrzynowitowska, ad præsens Lukaskiewiczowska dicta, in Platea S. Joannis Cracoviæ Sita, inscriptam pro uno Studioso ex Oppido Robczyce oriundo iuxta inscriptionem per Consistorium Generale Cracoviense Die Veneris 5ta Decembris 1608 approbatam, a qua Census	18	9
Rationes ex hac Bursa fieri debent Coram Rectore et Decanis Facultatum.		
Secunda		
Est Fundationis Rndi olim Francisci Wieczorkowski Curati Cremenecensis pro Studiosis ex Oppido Koziegłowy oriundis pro qua est Summa Capitalis 2000. floren Polon Feria 4ta ante Festum S. Luciæ 1715 Coram Actis Castrensibus Novæ Civitatis Korczyn		
Latus facit		

	Floreni in toto	per medium
Transport Lateris		
inscripta super Bonis Villae Chwalowice olim Generosorum Szembekow, ad praesens Generosi Korabiowski Haereditariis, a qua Census .	140	70
Tertia		
Est Fundationis M. Joannis Wolbram U. Juris Doctoris pro duobus Studiosis ex Oppido Wolbram oriundis, pro qua est Summa Capitalis 1000. floren. polon. Anno super Lapidea Famati Jelen Cracoviae in Platea Castrensi Sita, Feria 6tâ ipso die Festi Divisionis Apostolorum 1611. inscripta, et per Consistorium Generale Cracoviense 8vâ Januarij 1616 approbata, expost in Lapideam Generosi Szembek in vico transversali Plateae Judaicae ex opposito Ecclesiae S. Mathiae sitam, Feria 6tâ ipso die S. Apolloniae 1652 Coram Actis Consularibus Cracoviens. transportata, a qua Census	60	30
Rationes ex hac Proviana fieri debent Coram Rectore et Decano Facultatis Canonicae, a quibus Rectori florenus unus, Decano florenus unus, Provisori autem floreni quatuor cedere debent.		
Quarta.		
Est Fundationis Reverendi olim Joannis Grabowski Praepositi Ecclesiae Collegiatae Nosandecensis pariter pro duobus Studiosis ex Oppido Wolbram oriundis, pro qua est Summa Capitalis 1500. floren. Polon. Feriâ		
Latus facit		

Sextâ post Dnicam

Transport Lateris	Floreni in toto	per medium
Sexta post Dominicam Iudica 1654. Super Bonis Villae Mydlniki Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus inscripta, a qua Census - - - "	105	52 gr. 15
Lationes ex hac Bursana fiunt Coram Rectore et Decano Facultatis Iuridicae. Ex hoc Censu Provisori cedere debent floren 4.		
Quinta		
Est Fundationis M. Adami Stefanidae Collegae Minoris pro duobus Studiosis, uno ex Oppido Kęty, altero ex Oppido Janowiec oriundis, pro qua est Summa Capitalis 1000. floren Polon. in Bona Villae Stow Generosorum Wielowieyskich haereditaria, Feria Sexta post Dominicam Rogationum 1641. Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus translata, et in iisdem Bonis inscripta, à qua Census - - - - - -	60	30.
Sed hic Census a plurimis Annis retentus vindicatur.		
Sexta		
Est Fundationis M. Clementis Krupka U. J. Doctoris Praepositi Vieliensis pro tribus Studiosis ex Oppido Wieliczka oriundis. Pro qua est Summa Capitalis 1000. floren Polon Sed haec Summa divisa est, medietas illius videlicet 500. floren polon inscripti Sunt super Domo partim Lapidea, partim lignea Civitati Clepardiae, ad Scholam S. Floriani sita olim Dobranskie dicta, ad praesens haereditatis D. Bergier Coram Actis Clepardien Sabbatho post Festum Nativitatis B. V. M. 1650. Altera		
Latus facit		

	Floreni in toto.	per medium
Transport Lateris		
medietas nempe 500. floren. polon. inscripti sunt super Lapidea Michoviowska, per prius Zoltowska, expost Pernusowska dicta, tandem Generosi olim Komecki, demum Nobilis Staszowski, ad præsens Nobilis Antonii Krausz hereditaria, a qua totali Summa Census . . .	60	.30
Sed Census iste a plurimis Annis retentus vindicatur		
Septima		
Est Fundationis Reverendi olim Sebastiani Krupka U. J. Doctoris, Præpositi Vieliciensis pro duobus Studiosis Similiter ex Oppido Wieliczka oriundis. Pro qua Summa Capitalis est 800. floren. polon. hærens Super Bonis Villæ Nasiechowice Universitatis Cracovien. a qua Census	48	.24.
Altera Summa Capitalis 500. floren. Polon super prædio Sikorynskie alias Super Villa Czosnki Civitatis Vieliciensis hæreditaria coram Actis Consularibus Cracoviensibus die 21. Aprilis 1648. inscripta, a quo Census	30	.15
Summa Proventuum pro Bursanis tam Domum seu Collegium Juridicum, quam Canonicum Cathedralem Cracoviensem concernentibus		

Quantum attinet

Quantum attinet Lectiones seu Profes
siones in Iure, istæ infra scriptos Proventus
et Fundationes habent.

Spectatâ primævâ Fundatione Professionum in Iure,
eas Casimirus Rex in Privilegio Suo ita dotavit,
et salariavit, ut videlicet Professor Decretorum ha
beat 40. Marcas argenti annuatim. Professor De
cretalium totidem. Professor Sexti Clementinarum
20. Marcas. Professor Codicis 40. Marcas argen
ti. Professor Infortiati totidem. Professor Volumi
nis 20. Marcas. Professores Digesti Veteris et
Novi, singuli 40. Marcas: ut patet expresse in supra
dicto Privilegio Casimiri Regis, ibi = Item exnunc
salariamus Sedes infra scriptas, videlicet Sedem Decre
torum 40 Marcis argenti annuatim. Sedem Decre
talium totidem, Sedem Sexti Clementinarum de 20
Marcis. Item providemus legenti Legum Codices de
40. Marcis argenti. Infortiatum de totidem, et legen
ti Volumen de 20. Marcis, pro Anno sequenti si
militer juxta consuetudinem Studii Legalis Legenti
bus Digestum Vetus & Novum, cuilibet ipsorum
de 40. Marcis providemus. = Hæc autem Sala
ria in Marcis argenti constituta, in Zuppis Salis
Vieliciensibus inscripta, et assecurata erant, quæ Zup
parius Salis fodinarum Vieliciensium singulis qua
tuor temporibus exsolvere tenebatur, ut liquet ex
eodem Privilegio, ibi = Quæ quidem Salaria ex
nunc in Nostra Zuppa Salis in Wieliczka deputa
mus, ita, quod Noster Zupparius Salis Doctori:
bus & Magistris legentibus in Quatuor tempo
ribus prædicta Salaria in Cracoviam præsentare te
neatur. =

Vladislaus verò Iagello ultra prædictas Marcas
argenti, postquam ad inhabitandum Doctoribus et
Professoribus omnium Facultatum titulo emptio
nis acquisiverit Domum Stephani Pancerz in Pla
tea S. Annæ sitam, ubi nunc Collegium Majus

Artistarum, providit insuper dictis Doctoribus et Professoribus Omnium Facultatum Marcas 100. de Teloneo Cracovien Singulis Annis exsolvendas: quemadmodum patet ex Privilegio Supramentionato Vladislai Jagellonis, ibi = Caeterum pro Majori stabilimento Studii Generalis Cracoviensis . . . dignum fore arbitrantes, hos, qui labores et onera suferunt non repelli a mercede, Doctoribus et Magistris ac Collegiatis Studii ejusdem Cracoviensis . . . de 100. Marcis numeri Polonicalis ratione Salarii Anno quolibet animadvertimus assignari, quas eis in Teloneo Nostro Cracoviensi deputamus. =

Successu vero temporis Albertus Jastrzebiec Episcopus Cracoviensis, cum Collegio Juridico incorporata quaedam Beneficia fuerant, utpote Canonicatus Cathedralis Cracoviensis, Fundi Karniow, Parochialis in Luborzyca, et Praebenda Sta Mariae Magdalenae /: de quibus infra circa Beneficia :/ talem Anno 1422. Die Lunae 18. Mensis Octobris circa praedictas Salis foveas fecit, & constituit Ordinationem. Quatenus nempe duo Doctores vel Licentiati in Jure Canonico, alias Lector Ordinarius et alter in Novis Juribus habeant per 40. Marcas. Tertium vero Lectorem in Jure Canonico salariare deberet Universitas de Decimis Ecclesiae in Luborzyca, de 20. Marcis: prout colligitur ex dicta Ordinatione, ibi =. Praeterea Ordinamus & disponimus, quod duae partes de fovea spectare debeant, sicut amplius spectabant, pro Legentibus duobus Doctoribus, vel Licentiatis in Jure Canonico, ita, quod principalis Ordinarius habeat minime 40. Marcas, residuum pro altero in Novis Juribus laborante cedet . . . . Tertium Legentem in Jure Canonico salariet, Universitas de Decimis Ecclesiae in Luborzyca, de 20. Marcis = = In fundamento ejusmodi Ordinationis Jastrzebscianae etiam Universitas per Conclusionem Suam ita de Quatuor Lectoribus et eorum Salariis

in Jure

in Jure folio 24. determinavit. = Decretorum Doctor habeat 24. Marcas, Antiquorum Jurium 30. et Novorum Jurium etiam 24. Marcas. = Paulo vero superius ita de Lectore Ordinario Statuit et ordinavit. = = Lector Ordinarius Salarium habeat de fovea in Zuppis Bochnensibus, juxta fundationem antiquam =

Verum impraesentiarum Professores Juris Specificati ab immemorabili tempore non sunt in possessione percipiendi dictas Marcas, tam de foveis Vieliciensibus et Bochnensibus, quam, de Teloneo Cracovien. per Serenissimos Reges sibi assignatas, neque Universitas pendit praefatas Viginti Marcas Lectori in Jure Canonico ad mentem Ordinationis Jastrzebciane.

Considerando autem providentiam praesentis temporis, Professiones in Jure, earumque Professores ejusmodi Proventus et fundationes habent. Et quidem.

Primus Professor. in antiquis Juribus nempe Canonicus Cathedralis Cracoviensis Fundi Karniow, habet Decimas ex Villis Karniow, et Wronin: alias vero Decimas ad eandem Professionem seu Canonicatum p. praeter Decimam Villae Baranow ad Vicarium ejusdem Canonici Spectantem (pertinentes percipit Universitas, videlicet ex Villis Stonowice, Prussy, Wierzbno, Czerniechow, Glew, Gluwiec, et Siedliska, idque ad mentem Ordinationis supra dictae per Albertum Jastrzebiec Episcopum Cracoviensem Authoritate Apostolica Subsecutae.

Secundus Professor. Novorum Jurium ad praesens Processus Judiciarii, dictus Luborzycianus, a Beneficio in Luborzyca Professioni Suae annexo, habet Ecclesiam Parochialem in Luborzyca, cum omnibus Proventibus, exceptis Decimis Villarum Zastow, Maciejowice, et Pietrzejowice, quas Universitas percipit cum onere ex dictis Decimis Ecclesiam

clesiam Parochialem ab intra et ab extra, Domos Plebana:
lem & Vicariorum, tum Ministrorum Ecclesiae reparandi,
vigore sui Statuti et Possessionis antiquissimae. Quae repa
ratio per Universitatem postquam neglecta fuerit, anteceda
nei Parochi Luborzycenses aliquoties intentabant, prout
actu intentârunt Actionem Universitati respectu suprafa
tae reparationis, vel in Casu non reparationis Decimas
ejusmodi restituendi. Verum hoc punctum fusius in desi
deriis exponetur. =

Et quod Beneficiatus in Luborzyca, erat simul Lector Novo:
rum Jurium, deducitur id ex Conclusione Universitatis A°
1491. Die Saturni 24ta Septembris in Rectoratu M.
Joannis de Pilca S.ae Theologiae Professoris subsecuta, ibi =
= Qua quidem Convocatione lecta & inducta, conclusum
est. Amo. quod Dominus Doctor Clemens de Piotrkow sit
Plebanus in Luborzyca, Lectorque Novorum Jurium =
= Tum ex Protestatione Rectoris, Doctorum, et Magi
strorum Universitatis Studii Cracoviensis Anno eodem
1491. die Saturni 15. Octobris Coram Actis Consisto
rii Generalis Cracoviensis facta, ibi = Extunc ipsi Do
mini Rector, Doctores et Magistri dictae Universitatis
Institutionem de Persona dicti Domini Clementis ad
praefatam Ecclesiam in Luborzyca, et Collegiaturam si
bi annexam fiendam, non impedient. Insuper haec
Professio habuit sibi incorporatum Ministerium 2dum
ad Altare S. Thomae Cantuariensis in Ecclesia Cathe
drali Cracoviensi erectum, et fundatum prout patet ex
Actis Illustrissimi olim Friderici Cardinalis, Electi, Con
firmati Cracovien Anno Dñi 1492. Die Mercurii
1ma Mensis Augusti Cracoviae (: de quo Ministerio
infra agetur :) Sed hodie non est in possessione istius
Ministerii, nec constare potest, quomodo separatum sit
a Beneficio Luborzycensi, neque de hac Collegiatura No
vorum Jurium quidquam participat, cum tamen juxta
Ordinationem Jastrzebcianam, et Conclusionem Uni
versitatis (: de qua superius :) habere debeat 24. Marcas.

Tertius.

Tertius Professor. Magdalenistius à Capella S.tæ Mariæ Magdalenæ Cracoviæ penes Collegium Juridicum sita, Professioni suæ incorporata, ita dictus, habet Decimas in Wyciąze in Księżnice prope Mielec post Agros Cmethonales, in Wola Radłowska post duos Laneos, et Sidzina Collegii Minoris proprietaria prope Oppidum Skawina. Verum de hac Decima ex Sidzina provenienti ab aliquot Annis Professori ejusdem Villæ Sidzina actio per Præbendarios intentata est, et necdum decisa, de qua plenior circa desideria dabitur informatio.

Quartus Professor. Doctorianus, alias Fundationis Lucæ Doctorii Canonici Cathedralis Cracovien. Præpositi Oswiecimensis, de qua superius dictum, habet pro Salario juxta Ordinationem per Illustrissimum Capitulum Cathedrale Cracoviense 1636. die quarta Aprilis approbatam floren. Polon. 300. quos ex Procuratoria Illustrissimi Capituli percipere debeat. Vi istius Fundationis tenetur legere Casus conscientiæ, et adesse examini Ordinandorum. —— Insuper ex Fundatione Gabrielis Władysławski percipit de manibus Procuratoris Universitatis per medium floren. 100. In Summa iste Professor Casuum Conscientiæ habet Proventum Suum ad floren. Polon. 400.

Quintus & Sextus Professores Juris Canonici et Juris Civilis alternatim in Lectionibus sibi succedentes, habent ejusmodi Proventus et fundationes. Imprimis habent Suis Professoribus annexum & incorporatum Altare in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi Tituli Transfigurationis Domini, Sanctorum Thomæ Apostoli, Thomæ Cantuariensis, Thomæ de Aquino & Helenæ Reginæ, fundationis Petri de Trzempino Episcopi Cracoviensis qui propter prædictos Professores uti et tanquam Altaristas præfati Altaris Censum Reemptionalem 50 Marcarum pro 2000. florenorum Hungaricalium

calium puri Auri et justi ponderis in et super Zuppis Vieli
ciensibus et Bochnensibus, accedente consensu Casimiri Re
gis de Actum in Conventione Generali Petricoviensi
Feria 2da post Festum S. Martini Confessoris 1462
locavit, prout constat ex Litteris Erectionis dicti Altaris
per Joannem Lutek Episcopum Cracoviensem de Actum
et Datum Cracoviæ 1467. die vero Saturni Octava
Mensis Junii. Cujus Altaris 2dum Ministerium
incorporatum fuit, ut dictum supra sub 2do Professo
re, Professori Luboryciano. Idque tali modo. ut
duo isti Professores 40. Marcas pro sua annua su
stentatione ac Stipendio tollerent, et inter se æqualiter
dividerent, in Ususque suos beneplacitos converterent.
Decem vero Marcæ debuerant per Procuratorem Uni
versitatis in usus pios singulis Annis distribui ju
xta Ordinationem in dictis Litteris Erectionis præ
scriptam. Cæterum et istæ 10. Marcæ mediante De
crete Consistorii Generalis Cracoviensis Anno Dñi
1549. die Martis 3tia Mensis Decembris supra
fatis Altaristis adjudicatæ sunt, ita, ut in toto per
cipiant 50. Marcas, quolibet tantum Quartuali
repositis ad Ladulam ad hoc Comparatam per Se
niorem Doctorem Domus Canonistarum pro instau
ratione et reparatione ornamentorum quidem Alta
ris, aliisque necessariis, sex grossis numeri Polonicalis.
Intuitu quarum Marcarum ad præsens tollunt tan
tum de Zuppis Vieliciensibus floren. polon. 126.
Qui præter Lectionem in Jure Canonico et Civi
li tradendam tenentur ad legendam unam Missam
quotidie alternis vicibus.

Professionem Juris Civilis auxit posthac Petrus
Tomicki Episcopus Cracoviensis Censu 25. Marca
rum pro Summa Capitali 1000. floren. Polon. in
et super Zuppis Vieliciensibus et Bochnensibus
mediante Consensu Sigismundi Regis de Datum
Cracoviæ die S. Thomæ Apostoli 1532 inscripta
pro fundando

pro fundando Altari in honorem SS. Angelorum in Capella S. Thomæ Cantuariensis in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi, eidem Professioni incorporando ordinata, cum obligatione ultra Lectionem in Iure Civili legendi tres Missas qualibet Septimanâ: quemadmodum colligitur ex Litteris Erectionis ejusmodi Altaris de Actum et Datum Cracoviæ 1533. Die vero Iovis 13 Martii, quæ Mane procurrenti efficiunt tantum floren 40.

Deinde eandem Professionem Iuris Civilis dotavit Perillustris olim Sebastianus Przezinski Canonicus Cathedralis Cracoviensis Censu 30. floren Polon pro Summa Capitali 1000 floren Polon super Bonis Villæ Rogow in Palatinatu Cracoviensi, Districtu Xiaznensi consistentibus, Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho ipso die S. Priscæ 1603. inscripta, cum obligatione, quatenus dictus Professor præter Lecturam Institutionum Iuris Civilis sit obligatus absolvendi 30. Missas in Capella Szafrancorum, et procurandi Commendationem animæ dicti Fundatoris in Anniversario Quartuali Universitatis, ut colligitur ex Litteris Fundationis de Actum & Datum Cracoviæ Die Lunæ 16. Mensis Iunii 1603. Sed ad præsens non percipit nisi floren 35.

Professionem Iuris Canonici auxit Stanislaus Milanowski Cubicularius Regis Censu 20. flor. Polon. pro Summa Capitali 500. floren in et super Zuppis Vieliciensibus et Bochnensibus, prævio Consensu Sigismundi Regis de Actum Cracoviæ Feriâ Quartâ post Festum Epiphaniarum Domini proxima 1510 inscripta, pro fundando Altari Sdi Ministerii in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi in Capella S. Nicolai eidem Professioni incorporando ordinata, cum obligatione

non tantum Lectionem in Iure Canonico, verum etiam qualibet Septimanâ duas Missas legere: ut patet ex Litteris Erectionis ejusdem Altaris de Actum et Datum Cracoviae 1510. Die vero 29. Maii. Sed in possessione percipiendi ejusmodi Censum non est praefatus Professor Iuris Canonici, sed convertitur ad Mensam Collegii Iuridici ab immemorabili tempore, praesumiturque eidem applicatus fuisse ob difficilem et impossibilem Altaristae de praefato Censu Sustentationem. Quinimo ante aliquot Annos Census hic interceptus est per Mansionarios Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis, de cujusmodi interceptione Collegium eidem Actionem Coram Officio Consistorii Generalis Cracoviensis intentavit.

Utrasque has Professiones, videlicet Iuris Canonici et Civilis dotavit ~~Andreas~~ Szafraniec per Donationem & cessionem Iurispatronatus Altaris trium Ministeriorum, tituli Praesentationis B. V. Mae in Capella Szafraniecka dicta in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi sita Communitati Collegii Iurisconsultorum, prout patet ex approbatione Donationis praefati Iurispatronatus per Georgium Radziwill Cardinalem Anno Dni 1598. Die Lunae 26 Octobris subsecuta. Quod Altare dictis Professoribus Iuris Canonici & Civilis per Communitatem Domus conferri solet, de quo infra fusius dicetur. Habent Censum 36. Marcarum argenti puri pro Summa Capitali 440. Marcarum in et super Haereditate totali Bonorum Villae Sulkoszowa, de Actum Cracoviae in Terminis Terrestribus Feriâ 2dâ proximâ ante Festum S. Egidii 1451. inscripta, sed in possessione percipiendi ejusmodi Census praedicti Altaristae a plurimis et ultra Annis non fuere, nec sunt, ob difficilem illius vindicationem. Item habent Tabernam vocitatam Rzanka prope Wieliczkam ad idem Altare pertinentem, ex qua quotannis juxta Contractum Arendatorium

vendatorium percipiunt Censum floren 160. estque obligatus quilibet prædictorum Altaristarum ad duas Missas in Septimana qualibet legendas.

Ex Fundatione verò Vladislaviana de manibus Procuratoris Universitatis uterque Professor tam Iuris Canonici quam Civilis percipit per medium floren. 100.

Universitas autem per Conclusionem Suam Annô 1603. Commutatione æstiva factam talem istarum Professionum in Collegio Iure Consultorum fecisse legitur Ordinationem: ut nempe Lector Iustinianus seu Professor Iuris Civilis habeat Censum floren 90. videlicet Censum 50 floren ex Villa Rogow, à Summa Capitali floren. 1000 Fundationis Perillustris olim Sebastiani Brezinski provenientem, duo verò Professores ad Altare Thomæ Strempinski Episcopi Cracoviensis fundati Censum percipiant tali modo: ut primus ex ipsis habeat duo Ministeria Fundationis Strempinianæ, & de Cuppis totaliter 50. Marcas pro se recipiat, oneraque Missarum, quæ duobus incumbebant Altaristis, ipse Solus expleat. Alter verò Lector habeat tria Ministeria in Capella Szafrancorum Dominis IureConsultis per Andream Szafraniec donata, ex quibus omnes Census, qui tribus Altaristis solvebantur, percipiat, et Missarum onera, ad quæ illi realiter erant obligati absolvat. In qua Convocatione intulit Rector, protunc M. Nicolaus Dobrocieski U. J. Doctor Canonicus Cathedralis Cracoviensis, ut hanc Ordinationem de Consensu Universitatis apud Illustrissimum et Rndmum Episcopum Cracoviensem obtinere possit. Ast non constat expressè, utrum iste Consensus Episcopi Cracovien. obtentus fuerit, necne? cum ad hæc usque tempora sæpe fati Professores Iuris Canonici et Civilis circa antiquam fundationem et Possessionem conserventur ac manuteneantur. Itaque Professor Iuris Canonici

habet

habet hos Proventus, quos actu percipit.

Ex Zuppis Vieliciensibus Fundationis Strem
piniane . . . . flor. 60.

Ex Taberna Rzanka vocitata . . . flor. 80.

Ex Fundatione Vladislaviana p medium flor. 100.

Summa flor. 240.

Proventus ejusdem Professoris Juris Canonici quos non percipit.

Ex Zuppis Vieliciensibus Fundationis Stanislai Milanowski debentur floren 20. Sed hunc Censum percipiebat Communitas, ut supra dictum, ad præsens interceptus est per Reverendos Mansionarios Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, ratione cujus, causa pendet in Judicio Consistorii Generalis Cracoviensis.

Ex Bonis Villæ Sułoszowa debentur eidem Marcæ argenti puri 18. quarum vindicatio vivente moderno Hærede Illustrissimo Hieronymo Wielopolski Supremo Stabuli Regni Præfecto difficilissima et pene impossibilis

Proventus Professoris Justinianei seu Juris Civilis, quos actu percipit.

Ex Zuppis Vieliciensibus Fundationis
Strempinianæ . . . . . . flor. 60.

Ex Bonis Villæ Rogow Fundationis Brzezinscianæ . . . . flor. 35.

Ex Taberna Rzanka Vocitata . flor. 80.

Ex Fundatione Vladislaviana p medium flor. 100.

Summa . flor. 275.

Ex Zuppis Vieliciensibus Fundationis Tomicianæ debentur Marcæ 25. quas non percipit.

Ex Bonis Villæ Sułoszowa debentur eidem pariter, prout et Professori Juris Canonici Marcæ argenti puri 18. quas non percipit ob rationem superius allegatam.

Septimus Professor est Regularum Juris,

qui est Senior

qui est Senior Contubernii Jurisperitorum, cujus Proventus et Officia circa Visitationem praefati Contubernii luculentissime describentur.

Octavus Professor extraordinarius, nullam Fundationem habens passim & saepissime est Rector Studii Academiae Posnaniensis, de quo circa desideria dicetur.

Nonum Professorem qui Jus Regni Poloniae Auditoribus legeret, fundandum fuerat pientissima mens et intentio Celsissimi olim Principis Andreae Załuski Episcopi Cracoviensis, qui Professor cum non haberet locum, ubi maneret, visum fuerat Celsissimo Principi coemere lapideam contiguam Collegio Juridico ad ampliandum Collegium Juridicum, ut mansionem et residentiam dictus Professor haberet, quo fine dedit Collegio Juridico Summam Floren. 6.000. quatenus hancce Lapideam acquireret, qua acquisita habuit animum dotandi eandem Professionem, ad quam tamen fundandam ob Supervenientia fata deventum non fuerat; Lapideamque pro praefata reposita Summa Collegium coemere nequibat, quam per plus offerentiam in Supplantationem initi jam Contractus Emptionis et Venditionis verbalis inter Collegium et Haeredes dictae Lapideae Patres Soc. Jesu ad S. Petrum per Subordinatam adhuncce effectum Personam emerunt et acquisiverunt. Quam Lapideam ut Collegium Juridicum a dictis Patribus Soc. Jesu propter ampliandum Collegium Suum ac Mansiones Professorum augendas rehabere et reemere queat, implorat hoc in puncto Authoritatem Celsissimi et Illustrissimi Principis, uti & tanquam Visitatoris Apostolico=Regio, ac Cancellarii Sui Clementissimi.

Restat nunc ad legitimandum, quas Fundationes Collegium Juridicum illiusque Professiones ab origine habuerat, quae diminutae, et quae totaliter perierunt.

Itaque Collegium Juridicum Anno 1403 fundatum, erectum per Vladislaum Regem cum Collegio Majori Artistarum in omnibus Privilegiis, gratiis et indultis coequatum, nullam fundationem ab origine suo habere dignoscitur ex supra allegatis et specificatis Fundationibus, preterquam quod de 100. Marcis per Vladislaum Jagellonem in teloneo Cracoviensi asseucuratis singulis Annis exsolvendis, Doctores quoque et Professores Juris debuerant participare. Nihilo tamen minus Professiones Juris ab origine Universitatis, ut dictum supra, sequentes Fundationes habebant, videlicet Marcas illas argenti 280. in & super Zuppis Vieliciensibus per Casimirum Regem assecuratas, et per Zupparium Salis Doctoribus et Magistris legentibus annuatim pendendas et exsolvendas, ut superius est annotatum.

Successu temporis accedente pietate Fundatorum et Benefactorum creverunt dotationes ac Fundationes Collegii Juridici, Verum he fundationes ad presens non secundum primevam sui inscriptionem percipiuntur: quoniam alie diminute sunt, partim quia tantum per medium Census ab iis percipitur: partim quia quedam fundationes sunt in Marcis, et Mediis Sexagenis inscriptie, et Census ab iis penditur simplicibus florenis pro currenti, nulla reductione Marcarum aut Mediarum Sexagenarum superveniente, qualis Census est Marcarum 4. in Bonis Ville Luczyce a Summa Capitali 100. Marcarum Anno 1545. inscriptus, et tantum ad presens Sex floreni et grossi 12. pro currenti percipiuntur. Similis Census est a Summa simili 100. Marcarum in Bonis Wysoka et Stanisław inscripta. Jam vero in Lapidea Podelwie dicta in Platea Castrensi Cracovie sita, est Census floren. 65. per Mediam Sexagenam, a Summa Capitali 1300. floren per Mediam Sexagenam ibidem inscripta de Anno 1585. et tantum pro currenti percipiuntur floren 65. Partim etiam, quia

crescente

crescente proventu Bonorum deberet etiam crescere et pensio ex eodem proventu proveniens, ut pote determinata pensio, tertiam Proventuum partem attingens. Qualis est pensio debita Collegio Juridico a Patribus Ordinis Praedicatorum Conventus Cracoviensis ad Aedes SSmae Trinitatis ex Bonis Gorka et Sadowie pendi solita, quae solummodo in 200. floren. quotannis penditur minime tertiam partem Proventuum vigore Sententiae Compromissorialis attingentibus, cum ejusmodi Bona ad praesens non jam floren. 600. sed plusquam 5000 floren. fructificent. His itaque mediis diminuti sunt Census Fundationum favore Collegii Juridici subsecutarum.

Census autem, qui totaliter periere, sunt sequentes.

Ex Zuppis Vieliciensibus debetur pensio Marcarum argenti 280. Fundationis Casimiri Regis propter Doctores et Professores Juris, ad praesens nihil datur.

Ex iisdem Zuppis Fundationis Petri Tomicki Episcopi Cracoviensis debentur Professori Juris Civilis Marcae 25 a Summa Capitali 1000. floren. ad praesens nihil datur.

Ex iisdem Zuppis Fundationis Strempinianae debentur Professoribus Juris Civilis et Canonici Marcae 50. pro Summa Capitali 2000. florenorum Hungaricalium puri auri & justi ponderis. ad praesens dantur tantum floreni 120.

Ex teloneo Cracoviensi de 100. Marcis Fundationis Vladislai Jagellonis Regis nihil ad praesens participatur.

Ex Domo & Cellariis Casimiriae in Platea Pistorum inter Domos Sebastiani Godecki ab una, et Ioannis Zagrzebski ab altera partibus sita a Summa Capitali 200. floren. Polon. Fundationis Perillustri Stanislai Ludkowski U. J. Doctoris et Professoris, Feria 2da in

Crastino S. Francisci Confessoris 1648. Coram Actis Consularibus Casimiriensibus inscripta, idque pro absolvendo Anniversario pro anima Stanislai Ludlowski Sacerdotis, debetur Census ad manus Senioris Patris Collegii Juridici nunc et pro tempore existentis floren. 14. nihil percipitur.

Ex Lapidea Oyczygowska penes Podelwie Casimirie sita a Summa Capitali 1000. floren. polonic. Fundationis Perillustris olim Rozycki inscripta, debetur Census pro celebrando Anniversario pro anima ejusdem, in toto floren. 60. per medium flor. 30. nihil percipitur.

A Lanionibus Tarnoviensium a Summa Capitali 220 Marcarum debebatur Census 10. Marcarum, sed ejusmodi Census per extenuationem jam desiit, et quietatio de eodem per Doctores SS. Canonum in Officio Episcopali Cracovien. die Mercurii 21. Aprilis 1546 intercessit.

Quo ad 3tium

ut pote: Doctores et Professores Collegii Iuridici quæ habent Beneficia annexa Professionibus suis, quæ Collegio suo, et quæ eidem accesserunt, et quorum in Possessione non est, et quæ sunt ac debeant esse alternativa

Beneficia annexa et incorporata Professionibus Juris, ac Collegio Juridico alia sunt Juris passivi, alia Juris Activi, alia Juris Alternativi.

Beneficia Juris passivi annexa Professionibus sunt Imo. illa, quæ Petrus Wysch Episcopus Cracoviensis, qui primus Lectionem ex Jure Canonico in præsentia Regis, Regnique Procerum publice de Cathedra habuit, referentibus id Starowolscio, Zalaszovio, et Patre Francisco Rzepnicki in Vitis Præs.

ci in Vitis Præsulum, toti Universitati Studii Cracovi ensis incorporavit: videlicet Præbendam Ecclesiæ si ve Capellæ S.tæ Mariæ Magdalenæ ex opposito Ec clesiæ S. Andreæ in Platea Canonicorum in Craco: via sitas, Ecclesiam Parochialem in Luborzyca, et Ca nonicatum seu Præbendam Ecclesiæ Cathedralis Cra coviensis fundi Karniow, ut constat ex Privilegio In corporationis, illoque primo, de Actum et Datum Cracoviæ ipso die S. Viti 1401. Tum ex altero Privilegio Incorporationis per Eundem Petrum Wy=sch de Consensu Illustrissimi Capituli Cracoviensis, de Datum et Actum Cracoviæ Feria 2da post Domi: nicam Exurge quare &c. 1404. quod incipit = Nos Petrus = ibi = Duas Præbendas, quas ad præsens Ioannes Szafraniec, et Sbigneus Sbignei obtinent pro eisdem Magistris Doctoribus et Uni versitate prædicta - - - nec non duas alias Præben das in Capellis S. Adalberti, et S. Mariæ Magda lenæ - - - in Civitate Cracovien existentes, ac etiam Ecclesiam Parochialem in Luborzyca dictæ Cracovi ensis Diœcesis de Fratrum Nostrorum ac Capituli Nostræ Ecclesiæ præfatæ Cracovien assensu et Con sensu incorporandas duximus, præsentibusque incor poramus et annectimus =

Quam Incorporationem dictorum Beneficiorum Ioannes XXIII Papa approbavit et confirmavit per Bullam Suam de Datum Romæ apud S. Pe trum Calendis Octobris Pontificatus Nostri Anno Secundo. hoc adjecto = quod nisi quinque Magistri et Doctores aut Licentiati vel Baccalaurei in Sacra Theologia, aut Iure Canonico, seu in Artibus Magi stri, actu legentes et regentes in ipso Studio per cæ teros Collegiatos præfato Episcopo pro tempore exi: stenti ad Singulos hujusmodi Canonicatus et Præben das ac Capellas et Parochialem Ecclesiam, quotiescunq illos

illos vacare contigerit, praesententur.
Jam vero Albertus Jastrzebiec Episcopus Cracoviensis, idem et tanquam Executor Litterarum Apostolicarum talem ejusmodi Incorporationis Beneficiorum fecit Ordinationem = Imo quod Doctor vel promovendus, qui in antea Canonicatum et Praebendam Ecclesiae Cracoviensis, quos per obitum Sbignei Sbignei Magister Stanislaus de Scarbimiria, ut praemissum est Decretorum Doctor, assecutus, ad praesentationem Universitatis obtinebit. Decimis in Karniow & Wronin debet esse contentus, residuum vero, excepta Decima pro Vicario decem Marcarum assignanda, cedet totaliter pro incremento Studii. Qui promotus debet esse Doctor Decretorum, vel saltim ob defectum Doctoris Licentiatus in Decretis, et tenebitur legere in Facultate Canonica, nisi laboribus et senio esset confectus, vel infirmitate notabili impeditus, ac tenebitur in Civitate Cracoviensi residere, alioquin sibi juxta ratam negligentiae vel absentiae, non interveniente causa legitima, ut si esset absens in negotiis Regni, Episcopi, Capituli vel Universitatis, aut in propriis ad modicum tempus, puta ad tres Septimanas, et maxime unius Mensis, debet sibi detrahi de fructibus sive pensionibus praedictarum Decimarum. 2do quod Doctor vel Magister cum promotus fuerit ad Canonicatum et Praebendam Ecclesiae Cracoviensis etc. 3tio. quod promovendus ad Ecclesiam Parochialem in Luborzyca, debet esse Doctor Decretorum, aut in ejus defectu Licentiatus ejusdem Facultatis, et qui perfecte et sine impedimento poterit libere proferre Polonicum Sermonem praedicando, qui exceptis oblationibus, testamentariis, & provisione duorum Vicariorum, quos Universitas faciat contentos, habere debebit Decimam in Luborzyca cum Allodio et Decimis, excepto quod Decimae in Zasrzytow, in Pietrzejowice, in Maciejowice, in Sulechow ad Universitatem pertinere debebunt et debent: proviso, quod idem adinstar aliorum praecedentium in Facultate Sua laborabit. 4to Ordinamus etc. 5to. Ordinamus, quod Capella

S[ta] Mariae

S. Mariæ Magdalenæ de cætero Doctoribus & Licentiatis in Iure Canonico sit annexa; ita, quia prior et Senior tempore et qui plus laboraverit, in assecutione dictorum sit potior; qui nihilominus post assecutionem modo, quo præmissum est, in primo Articulo, laborabit in Sua Facultate. ——

Ex his patet Beneficia prædicta per p. m. Petrum Wysch Episcopum Cracoviensem Universitati incorporata, esse Iuris passivi Collegii Iuridici, alias quod solummodo Doctoribus aut Professoribus Collegium Iuridicum actu inhabitantibus conferebantur, et conferri soleant adusque. Quod confirmatur ex Decreto coram Illustrissimo et Rndmo Friderico Electo Confirmato Episcopo Cracoviensi inter M. Andream de Gora Iuris Canonici Ordinarium Lectorem ex Una, et M. Nicolaum de Koprzywnica Decretorum Doctorem Partibus ab altera, in Causa occasione Collegiaturæ sive Ecclesiæ Parochialis in Luborzyca Anno Dni 1492. die Iovis 19 Mensis Iulii Cracoviæ subsecuto, quo mediante, præfatus M. Andreas de Gora manutentus est circa dictam Collegiaturam sive Parochialem in Luborzyca, circumscripta Electione et præsentatione prædicti M. Nicolai de Koprzywnica uti novelli et Universitati immeriti Doctoris per Rectorem, Doctores et Magistros sibi adhærentes facta, notabiliter et manifeste Collegio Iuridico præjudiciosa, prælocante, et proponente ipsum M. Nicolaum novellum, nihil in Universitate laborantem, nec de Domo Canonistarum existentem in adipiscenda Collegiatura Supradicta eidem M. Andreæ Lectori Ordinario, et Doctori Seniori actu laboranti contra continentiam Statutorum & Privilegiorum, adeoque ipsam electionem & præsentationem de eodem M. Nicolao habitam et factam tanquam invalidam Sententialiter cassavit et annullavit.

Dos horum Beneficiorum, et quidem Canonicatus Cracoviensis secundum Ordinationem Jastrzebiecianam, de qua paulo Superius, consistit in Decimis Villarum Karniow, et Wronin; reliquas Decimas Universitas

percipit.

percipit.
Possessor istius Canonicatus ad praesens est Perillustris et Rndissimus M. Iacobus Marcissowski Utriusque Iuris Doctor et Professor Facultatis Iuridicae Procancellarius, ad praesentationem Rectoris Universitatis 1762 institutus.

Dos Beneficii Parochialis in Luborzyca, praeter agros, qui pro Plebano conseminantur, et liberam propinationem in Taberna Plebanali consistit pariter in Decimis Villarum Luborzyca, Luczyce ~~non~~ tota, [Kosmu: now non tota, Wilkow non tota, Doiazdow, Głęboka.

per [post Curiam: tota post Incolas alternative cum Balteristis, vigore Decreti

Reliquas Decimas tollit pro se Universitas, vigore quarum tenetur ad reparationem Ecclesiae, et aedificiorum tam Vicarialium, quam Ministrorum, quam tamen destitit sufferre, quem ob finem, intentata est Actio Universitati Coram Iudicio Consistorii Generalis Cracoviensis quod in desideriis luculentius patefiet.

Possessor istius Beneficii ad praesens est M. Andreas Lipiewicz Utriusque Iuris Doctor et Professor, ad praesentationem Rectoris Universitatis 1762 institutus.

Dos Praebendae Ecclesiae S. Mariae Magdalenae Cracoviae Sitae, et per Petrum Wysch olim Episcopum Cracoviensem extructae, ut Scribit Pater Rzepnicki in Vitis Praesulum consistit partim in Decimis Manipularibus, partim in fundis, partim in Censibus. Decimas habet post Villas Wyciąze a Cmethonibus et Hortulanis. Sidzina pariter a Cmethonibus et Hortulanis, pro cujus Vindicatione Praebendarius Iure agit cum Possessore ejusdem Villae, sed de hac Vindicatione plenior circa desideria dabitur informatio. Xięznice prope Mielec ex omnibus agris et araturis. Item ibidem ex Agris pro dote Canonicatus Tarnoviensis applicatis. Item ibidem ex Agris per praecipitantiam fluvii Wisłoka abruptis et Agris Villae vicinae Woysław adjunctis. Item ibidem ex Agris dictis Krzywaczowka quae Decima interdicitur per Illustrem Reverendum Dziemkowski Plebanum in Xięznice. Item ibidem ex Villa Ryczow Super Agris ex Sylvis Xięznicensibus.

znicensibus extirpatis plantata, quae Decima a Magnifico Haerede denegatur. Przysinowice seu Wola Radłowska sub Parochia in Radłow ex duobus Laneis Cmethonalibus. Fundum habet alias Pratum dotale in Villa Regali Kotniki prope Cracoviam antiquitus dictum Swiętomarta ad praesens Martha, verum respectu istius prati intentata fuit Actio per antecedaneos Praebendarios, et hucusque ex remissione Decreti Tribunalis Sacrae Nuntiaturae adhuc de Anno 1752. subsecuti pendet in Judiciis Postcurialibus Regni indecisa. Census verò habet sequentes. Imo a Summa Capitali 1000 floren Polon super Bonis Villae Rokiciny Magnifici Sierakowski Vice Capitanei Castrensis Cracoviensis Haereditarius inscripta, a qua debetur Census floren 70. ad praesens tantum penduntur floren 50. Istius Census vindicatio spectat ad Procuratorem Universitatis. Vigore cujus Census tenetur Praebendarius ad absolvendas Missas pro anima Joannis Fundatoris in praefata Ecclesia Sae Mariae Magdalenae. 2do Censum duarum Marcarum super Hortis quatuor in Krupniki ad Cracoviam inscriptum penes Caemeterium Judaeorum. Verum de inscriptione ejusdem ac situ praedictorum Hortorum minime constat. 3tio Censum floren 105. a Summa Capitali floren 1500. super Domo Lapidea et Horto in Civitate Sandecz inscripta, idque pro Eleemosyna vulgò Borcana Studiosi de Oppido Grybow oriundis distribuenda. Qui Census ob desolationem praefatae Lapideae non persolvitur, hortum verò et piscinas possidet ad praesens Illustris Custos Sandecensis nescitur quo Jure. 4to Censum floren 24. a Summa Capitali flor 400. super Domo Lapidea Włochowiczowska dicta, in Platea Proscriptorum Cracoviae sita inscripta. Qui Census per Praepositum Collegii Juridici vindicari, & ad manus Praebendarii dari debet. Sed ejusmodi Census à plurimis

Borcana

Annis non percipitur. 5to. Censum 4. Marcarum super Macellis Lanionum Tarnoviensium de Datum in Tarnow Feria 4ta ipso die S. Galli 1499. inscriptum, verum et hic Census non percipitur. 6to. Censum flor. 70 in toto. per medium 35 floren a Summa Capitali floren 1000. super Bonis Villarum Palczowice et Smolice Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feria 6ta post Festum Purificationis B.V. Mariae 1749 inscripta. Qui Census per Praebendarium converti debet pro Luminaribus et Musica sub tempus Festivitatis S. Ivonis Confessoris.

Possessor istius Praebendae ad praesens est M. Carolus Marxen Utriusque Juris Professor ad praesentationem Rectoris Universitatis 1764. institutus.

2dum Beneficium Juris passivi, est Parochialis in Koniusza. De Jurepatronatus istius Parochialis magna fuit lis et controversia inter Collegium Juridicum et Haeredes Bonorum Piotrkowice et Damianice, plurimos per annos, agitabatur in omnibus tribus Instantiis, et Coram Delegato Apostolico, ac tandem dum ad Curiam Romanam devoluta fuerat, Partes gratia sopiendarum litium compromiserunt in Arbitros, sicque per Sententiam Arbitralem 1686 die Lunae 10. Mensis Junii subsecutam decisum et conclusum fuit, ut in posterum quoties vacare contigerit dictam Parochialem in Koniuszа praefati Haeredes Bonorum Piotrkowice et Damianice unum ex Doctoribus vel Professoribus Juris Collegii Juridici in Professione Juridica laborantibus juxta suam Voluntatem et libertatem Officio Ordinario instituendum ac investiendum praesentent. Et abhinc Collegium Juridicum in possessione praefati Juris Patronatus passivi exstiterat pacifica. Cum vero dicta Bona de manibus Haeredum Orthodoxae Fidei nempe Magnificorum Otfinowski cum omni Jure proprietatis et Dominio per Officiosam Cessionem essent devoluta in Personas Acatholicas videlicet Magnificum

Grabowski

Grabowski S.^ae R^ae M^ttis Succamerarium, tempore cujus Cessionis Magnificus Hieronymus Otfinowski ob defectum ætatis, secundum Statuta Regni ad faciendam Donationem prærequisitæ una cum aliis Fratribus suis Donationem dictorum Bonorum facere nequibat. Quare adveniente competentia Annorum, antequam ejusmodi Donationem Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus in Personam præfati Magnifici Grabowski recognovit, prius contemplatione Orthodoxæ Religionis, tum quoque insignium expensarum in reædificationem dictæ Parochialis in Koniusza ac Varias reparationes per antecedaneos Parochos erogatarum, tum etiam attento eo, quod ad eandem Parochialem Collegio Juridico vigore certæ legalis Compositionis Authoritate Ordinarii roboratæ et approbatæ Juspatronatus passivum, in cujus pacifico usu ac possessione immemorabili extiterat, competebat et competit, ejusmodi Jus Patronatus tam passivum quam Activum, quo idem Magnificus Otfinowski uti fruebatur, vigore cujus sibi competentis idem solus & unicus immediatus Patronus unum de gremio Collegarum Juridicorum cum effectu subsecutæ in Personam præsentatam apud Sedem Ordinariam Institutionis præsentaverat, plenè & integrè dicto Collegio Juridico perpetua ac irrevocabili donatione inter vivos fieri solita Coram Actis Notarii Apostolici Anno D^ni 1761. die Veneris 3tia Mensis Aprilis dedit, cessit, donavit, et resignavit, hac adjecta Clausula = quod si suprascriptus Magnificus Grabowski, ejusque Successores ac Hæredes Bonorum Piotrkowice et Damianice ad Fidem Sacro Sanctam Romanam Catholicam conversi fuerint, illis tunc dictum Juspatronatus Activum Hæreditatem præfatorum Bonorum Piotrkowice et Damianice respiciens, minime obstante præsenti donatione, omnino servire, et ad eos redire debent = Sicque mediante hac ejusmodi resignatione et donatione Collegium Juridicum in præsentiarum ad dictam Parochialem in Koniusza Jurepatronatus activo et passivo potitur.

Dos istius Parochialis est ipsamet Villa præfata Koniusza cum Incolis et Taberna cum usu liberæ propinationis. Præterea habet Decimas Manipulares ex Villis Piotrkowice et Damianice post agros Prædiales et Cmethonales, tum Hortulanorum. Item ex Villis Sadowiczki, Polikarcice et Przesławice Similiter post agros Prædiales et Cmethonales. Item ex Villa Wierzbno post agros Prædiales et nonnullos Hortulanorum. Item ex Villa Siedliska post agros Prædiales et nonullos Cmethonales. Item ex Villa Rzędowice post agros Prædiales, quæ per Processum vindicatur. Item ex Villa Łyszkowice post agros Prædiales et Cmethonales, quæ vindicanda venit. Item ex Villis Stanisławice, Cikowice et Damianice prope Oppidum Bochnia sub Parochia Ecclesiæ Lapczycen. per Decreta primæ 1634. die Mercurii 6ta Mensis Martii, nec non 2dæ Instantiarum in Tribunali Sæ Nuntiaturæ 1637 die Mercurii nona Mensis Octobris subsecuta evictam post agros Cmethonales et Hortulanorum. Item ex Prædio Kempa post agros Tabernatoris et Custodis Camporum. Item ex Prædio Villæ Bierkow post nonullos agros Cmethonales in Prædiales conversos. Insuper habet Census varios, et quidem 1mo flor. 60. in toto. per medium 30. à Summa Capitali floren. 1000. Super Bonis Villæ Siedliska Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho post Festum S. Michaelis Archangeli proximo 1700 inscripta cum onere absolvendarum Missarum duodecim, et celebrandi Anniversarii in eadem Parochiali. 2do habet Censum floren. 140 in toto, per medium flor. 70. a Summa Capitali 2000. floren. Fundationis Jacobi Gorski Utriusque Juris Doctoris et Professoris Canonici Cracoviensis Super Bonis Villæ Makow Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho post Festum SS. Viti et Modesti proximo 1684. inscripta, qui Census pro reparatione Ecclesiæ cedere debet. Dotem hanc dictæ Parochialis auxit olim Jo

annes

annes Konarski Episcopus Cracoviensis per unionem eidem Praebendae 1540. die 20. Mensis Aprilis factam, quondam per Joannem Albertum Cancellarium Regni 1420. ipso die S. Dorotheae Virginis erectae, ad quam Praebendam simul et Parochialem ipsam praesentatio et Institutio nunc intercedere solet, cui Praebendae applicatae erant Decimae ex Villis Dzierkow, Lyszkowice, & Polikarcice, quas in praesentiarum Parochus uti et tanquam Praebendarius pro se tollit. Villa haec Konioszka libera est à Decima, jam vero vigore Privilegii specialis Sigismundi I. Poloniarum Regis 1531. Sabbatho ante Dominicam Laetare concessi, et per Michaelem Regem 1669 confirmati, etiam ab omnibus gabellis, contributionibus, et quibusvis exactionibus immunis, ut pote Ecclesiae Dotalis. Cujus Ecclesiae Sanctuarii per Privilegium Casimiri Regis de Actum Cracoviae die S. Mariae Magdalenae 1366. a Jurisdictione quavis Saeculari etiam in Causis furti & homicidii exempti sunt, & Jurisdictioni Ecclesiasticae ad instar Sanctuariorum Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis subjecti.

Possessor istius Parochialis in Konioszka est Perillustris & Reverendissimus M. Jacobus Marcinkowski Utriusque Juris Doctor & Professor Canonicus Cathedralis Cracoviensis per Magnificum Hieronymum Ossinowski uti protunc adhuc Bonorum Piotrkowice & Damianice Haeredem Anno 1761. praesentatus, et ad ejusmodi praesentationem institutus.

3tium Beneficium Juris passivi est Praebenda seu Custodia in Ecclesia Collegiata SS. OO. Cracoviae per Reverendum olim Thomam Jodłowski Juris Utriusque Doctorem Parochum in Swiecze fundata, & Authoritate Ordinaria Martini Szyszkowski Episcopi Cracoviensis de Datum Cracoviae 7ma Septembris 1629 approbata et erecta. Cujusquidem

Custodiae

Custodiæ Iuspatronatus activum est penes Præpositum Con
ventus SSmi Corporis Christi pro tempore existentem, ita
tamen ut non valeat alium præsentare, nisi unum de gre
mio Collegii Juridici.
DOS istius Custodiæ sunt Census et Fundus. Censum ha
bet Anno floren 150 in toto, per medium floren 75. a
Summa Capitali 2500. floren super prædiis duobus
uno Siborowskie, altero Bachmistrowskie antiquitus
159 nuncupatis, expost Dąbrowskie in Suburbio Vieliciensi
sitis et jacentibus Coram Actis Scabinalibus Cracovien.
Feria 4ta in Crastino Festi Undecim Millium Virgi
num 1625. reemptionaliter inscripta. Intuitu cujus
Census tenetur unam Missam Lectam pro peccatis
una Septimana, et aliam Missam Lectam pro Defun
ctis altera Septimana, et deinceps legere necnon 50.
floren inter pauperes Studiosos Casimiria oriundos
per Præpositum SSmi Corporis Christi præsentandos,
qualibet Septimana proportionaliter distribuere. 2do
habet Censum floren 140. in toto, per medium floren
70. à Summa Capitali 2000. Super Bonis Więcko
wice Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feria
4ta post Festum S. Lucæ proxima 1693. reemptio
naliter inscripta, cum obligatione unam Missam
in Mense pro animabus Thomæ et Sophiæ legen
di, & Anniversarium quolibet Anno cum Tricesima
absolvendi, tum ad Sacristiam pro cera & vino flo
renos 12. per medium Sex. Concionatori vero ani
mas prædictas commendanti florenos Sex, per me
dium tres pendendi.
Verum hic Census non percipitur, sed a multis vindi
catur. Fundus ad dictam Custodiam Spectans, est
quædam Domus cum Horto retro Ecclesiam in A
renis, contigua Palatio Magnifici olim Stembek Pa
latini Siradiensis. Super Fundo præfato erectus
fuit Canonicatus Pochensuanus ab Andrea Pochen
ski Curato in Lethowice Fundatore ita vocitatus, in
dicta Ecclesia

dicta Ecclesia Collegiata SS^rum OO. ut constat ex Actis Consistorii Generalis Cracoviensis 1676. die Mercurii 18. Martii. Successu vero temporis Canonicatus hic extinctus fuit, et idem Custodiæ unitus ac incorporatus, prout patet ex iisdem Actis 1704. Mercurii 30. Januarii; cum onere qualibet Septimana absolvendi Missam unam pro anima Andreæ Sacerdotis. Domus hæc non æqualiter quolibet Anno fructificat, quandoque enim plus, quandoque minus attenta reparatione, aut alia temporis providentia Conductores illius importare solent. potest tamen aliquando ad Centum et ultra florenos ascendere.

Possessor istius Præbendæ seu Custodiæ est M. Andreas Lipiewicz Utriusque Juris Doctor et Professor ad recommendationem Collegii Juridici præsentatus per Reverendissimum Præpositum SS^mi Corporis Christi Laurentium Chmielecki Anno 1762, et vigore ejusmodi Præsentationis institutus.

Atum Beneficium Juris passivi est Cantoria seu Primiceriatus in Ecclesia Collegiata SS. OO. Cracoviæ, quæ fundata est per Generosum Albertum Pleszowski alias Wosniowski, et Authoritate Sedis Ordinariæ per Petrum Gembicki Episcopum Cracoviensem 1648. die Lunæ 11. Mensis Maii erecta, et approbata. Cujus Juspatronatus erat Familiare, ita tamen, ut unus aut ex Collegio Juridico, aut ex Notariis Loci Ordinarii, vel Reverendissimi Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, aut ex Pœnitentiariis dictæ Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis vel Reverendissimi Capituli Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, aut ex Pœnitentiariis dictæ Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, qui magis idoneus fuerit præsentaretur. In defectu vero Familiæ præfatorum Wosniowskich dictus Fundator ejusmodi Juspatronatus et præsentandi ad hujusmodi Cantoriam devolvi et applicari voluit Proconsuli et Consulibus Urbis Cracoviensis, cum ea ut prius conditione. Cæterum per Andream Trzebicki Episcopum

Cracoviensem Anno 1665. Die Veneris 29 Mensis Maii ejusdem Cantoriae facta est restrictio seu reformatio tam in Jurepatronatus, quam et in obligationibus. Ut occurrente vacatione dictae Cantoriae iidem Patroni, nempe Magistratus Cracoviensis, non alium nisi unum ex duobus Professoribus Juris in Convocatione Domus eligendis et Magistratui Cracoviensi commendandis praesentare debeant, quem Voluerint.

DOS praefatae Cantoriae est Census 190. Talerorum Imperialium a Summa Capitali 2716 Talerorum Imperialium super Bonis Villarum Poremba, Potok, & Kozlow Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho ipso die Conversionis S. Pauli Apostoli Anno 1648 modo reemptionali inscripta. Vigore et intuitu cujus Census obligatus est dictus Primicerius per Restrictionem Trebicianam ad tres Missas de Requiem pro animabus Consanguineorum Fundatoris in dicta Collegiata SS. OO. non Vero in alia quapiam Ecclesia, per se & non per alium, nisi forte legaliter impeditus fuerit, absolvendas. Et pro decore dictae Collegiatae Festis Solemnioribus Processionibus adesse tenetur. Item Canonicis dictae Ecclesiae Collegiatae absque ullis oneribus debet consignare florenos Polonicales 20. qui vero Solemni Processioni in Festo Ssmi Corporis Christi fuerint praesentes, debebit eisdem consignare florenos Polonicales 10. Item Cantori alias Ministro Ecclesiae debet dare floren 4. Procuratori Capituli pro attendentia floren 3. Sacristiano pro labore florenos 3. Campanatoribus florenum 1. Ad cistam pro vindicatione Census florenos 15. cujus cista apud Procuratorem Capituli erit, a qua una clavis penes dictum Procuratorem, altera penes Cantorem pro tempore existentem manebit. Qui quidem Cantor circa rationes Capitulares quotannis tenetur Capitulo dare rationem perceptorum et expensorum.

Possessor istius Cantoriae est M. Jacobus Marissowski Utriusque Juris Doctor & Professor Canonicus Cathedralis Cracovien

117

dralis Cracoviensis ad recommendationem Collegii Juridi ci per Magistratum Cracoviensem praesentatus Anno 1754. et ad ejusmodi praesentationem institutus.

5tum Beneficium Juris Passivi est Cancellariatus in eadem Collegiata SS. OO. per Stanislaum Rozycki Utriusque Juris Doctorem & Professorem fundatus, Authoritate vero Ordinaria per Petrum Gembicki Episcopum Cracoviensem Anno 1640 die Lunae 27. Mensis Aprilis erectus et approbatus. Cujus Juspatronatus pertinet et spectat ad Seniorem Patrem Collegii Juridici pro tempore existentem, ita, ut occurrente vacatione ejusdem Senior Pater Collegii Suprafati non alium nisi actu legentem Professorem in Collegio Juridico, eumque diligentiorem in legendo praesentare teneatur.

DOS praedicti Cancellariatus est Census floren. 210. in toto. per medium 105. floren. a Summa Capitali 3000. floren. super Domo Lapidea Kromerowska dicta ad praesens Nobilis Sonner Consulis Cracoviensis haereditaria in Circulo Cracoviensi sita, Coram Actis Scabinalibus Cracoviensibus Sabbatho postridie Festi SS. OO. 1641. inscripta. intuitu cujus Census tenetur ad unam Missam Lectam quolibet Mense pro anima Stanislai Sacerdotis Fundatoris. Tandem Dos praedicta fuit per M. Andream Krupecki Utriusque Juris Doctorem & Professorem Censu floren. 280. in toto. per medium floren. 140 a Summa Capitali 4000 floren. primo super Bonis Oppidi Sobkow Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho post Dominicam Judica proxima 1691. inscripta, deinde ex iisdem levata et super Bonis Nieznanowice assecurata. 1725. Sabbatho post Festum Visitationis B. V. M. proximo proveniente. Ad praesens mediante Compositione et Scripto roborato 1747. die 2da Septembris solvitur ab eadem Summa Census floren. 200 per quinque a Centum. Quae Summa et Census ab ea proveniens approbatus est Authoritate Ordinaria 1693 die Veneris 23

Octobris

Octobris. Ratione cujus Census tenetur qualibet Septimana ad unam Missam Lectam de Requiem, insuper ad Sacristiam pro Cera & Vino florenos 10. pro Anniversario celebrando pro animabus Georgii et Annæ per Vicarios florenos 20. expendere tenetur.

Possessor istius Cancellariatus est M. Stanislaus Ficzkiewicz Utriusque Juris Præsentatus ad præsentationem Senioris Patris Collegii Juridici 1763 die Mercurii 12 Januarij institutus.

6tum Beneficium Juris Passivi,

est Archidiaconatus in eadem Collegiata SS. OO. Fundationis Stanislai Czaplicz et Adami Roszczewicz Utriusque Juris Doctorum et Professorum per Petrum Gembicki Episcopum Cracoviensem die Veneris 22. Mensis Maji 1648. erectus & approbatus. Jurispatronatus Collegii Juridici, ita, ut dum et quando eundem vacare contigerit, unus ex Professoribus Juris et Collegis supramemorati Collegii actu legens et diligentior per supra dictos Doctores et Collatores ad instituendum præsentetur.

Dos istius Archidiaconatus est primo Census floren 119 in toto. per medium floren 59. gr 15. à Summa Capitali 1700. floren. Super Domo Lapidea Magnifici Nicolai à Pilca Korycinski hæreditaria in Circulo Cracov. sita Coram Actis Scabinalibus Cracoviensibus Feriâ 3tiâ post Dominicam Palmarum 1641. reemptionaliter inscripta. Item habet Censum floren 35. a Summa Capitali floren 500. Super Domo partim lignea, partim Lapidea Petri Tarnowski Civis Clepardiensis in Circulo Clepardiensi circaliter a latere plateæ Vaccarum et penes Domum Osmanowska dictam, sita Coram Actis Consularibus Clepardiensibus Sabbatho ante Festum S. Valentini 1645 assecuratis. Cum obligatione unam Missam Lectam qualibet Septimana de Requiem absolvendi, et Anniversarium celebrandi. Item habet Censum 20. Talerorum Imperialium à Summa Capitali 333. Talerorum Imperialium Super Domo Lapidea Famati olim Kesselhutt in Platea S. Nicolai Cracoviæ sita

civitate sita Coram Actis Consularibus Cracoviensibus Feriâ 4ta ante Festum S. Priscae proxima 1647 reemptionaliter inscripta. Sed haec Domus 1734 corruit. Item habet Censum floren 35. à Summa Capitali flor 500 super eadem Domo Petri Tarnowski Civis Clepardien Anno et Feriâ ut supra inscriptâ. Verum de istis Censibus nihil participat, ex quo praedictae Domus corruerunt, neque situs & positio earum ad praesens scitur. Quemadmodum et supradictum Censum a Summa Capitali 1700 floren de praefata Lapidea, ob eandem rationem non percipit. Et vigore istius alterius Census tenetur ad Missam unam Lectam quolibet Mense, et Anniversarium celebrandum. Item habet Censum floren 600. in toto. per medium floren 300. à Summa Capitali floren 10,000. Fundationis Reverendi olim Pauli Prugayski Archidiaconi dictae Collegiatae, Curato Niepolomicensi super Bonis Rawatowice Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feriâ 4tâ ante Festum S. Catharinae proxima 1700. reemptionaliter inscripta. Intuitu cujus Census tenetur pro Anniversario absolvendo pro anima Fundatoris dare floren 50. Ad Sacristiam pro Cera & Vino quotannis flor 40. et ad Centum Missas Lectas pro anima Pauli Sacerdotis. Item habuit Domum Lapideam dictam Tomaszowiczowska in Platea Castrensi Cracoviae sitam, idque titulo Cessionis et Donationis ejusdem per Executores Testamenti Reverendi olim Hyacinthi Tomaszewicz Archidiaconi Saepefatae Collegiatae Coram Actis Episcopalibus Illustrissimi olim Joannis Malachowski Episcopi Cracoviensis 1686 die Martis 18. Mensis Junii recognitae, cum obligatione quatenus ex fructibus praedictae Domus Lapideae Archidiaconus pro tempore existens Venerabili Capitulo pro Anniversario celebrando pro anima Testatoris floren 50. Vicariis floren 10. quotannis enumeret, et unam Missam Lectam de Requiem quolibet Mense absolvat. Haec Lapidea

expost cum Consensu Capituli Anno 1720 vendita fuit, pro Summa floren 3500. quæ Summa locata fuit in Bonis Villæ Stodkow, ut patet ex Inscriptione Officiosa Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho post Festum Conversionis S. Pauli proximo 1720. Tandem ex iisdem Bonis Stodkow translata est in Bona Sadkowa Gora in Palatinatu et Districtu Sandomiriensi consistentia Coram Actis Castrensibus Capitanealibus Neo Korczynensibus Feriâ quinta ante Festum S. Scholasticæ proxima 1740. a qua debetur Census floren 245 in toto, per medium floren 122 gr 15.

Possessor istius Archidiaconatus est M. Carolus Marxen Utriusque Juris Professor ad præsentationem Collegii Juridici Anno 1764. institutus.

7mum Beneficium Juris Passivi

est Canonicatus Swinarscianus dictus in eadem Collegiata SS. OO. per Eustachium à Piątek Swinarski Utriusque Juris Drem et Profrem fundatus, et Authoritate Ordinaria 1642 die Mercurii 26. Mensis Februarii erectus et approbatus. Cujus Juspatronatus et præsentandi juxta intentionem Fundatoris Collegio Jurisconsultorum est reservatum, ad quem Canonicatum semper a principio Professores actu Collegium inhabitantes præsentabantur, et præsentantur.

Dos istius Canonicatus est Census floren 105 in toto, per medium floren 52. gr 15. a Summa Capitali 1500. floren super Bonis Marszowice Coram Actis Castrensibus Cracovien Sabbatho post Festum S. Margarethæ proximo 1641. reemptionaliter inscripta. Ex quo Censu flor 21. pro Anniversario, Capitulo floren 14. cedere debent, nec non ad 25. Missas pro anima Thomæ Sacerdotis dictus Canonicus legendas tenetur. Quæ Dos aucta est per Reverendum olim Thomam Zielovium Censu floren 420. in toto, per medium floren 210 pro Summa Capitali 6000. floren super Bonis Szczytniki Coram Actis Castrensibus Cracovien

Sabbatho.

Sabbatho post Dominicam Laetare proximo 1605 re
emptionaliter inscripta. Intuitu cujus Census tene
tur praefatus Canonicus pro tempore existens ad unam
Missam Lectam qualibet Septimana pro anima Tho
mae Dotatoris et Consanguineorum suorum. Jam vero
pro Bursana inter Studiosos ipsius Dotatoris Con-
sanguineos floren 70. distribuere, ad Sacristiam pro
Cera & vino floren 50. inferre debet.
Possessor ejusdem Canonicatus est M. Joannes Cantius
Forsani Utriusque Juris Prfr Contubernii Juri
peritorum Senior, ad praesentationem Collegii Juri
dici 1765 institutus.

8vum Beneficium Juris Passivi

Sunt duo Canonicatus Gorsciani dicti in praefata Col
legiata SS. OO. Fundationis olim M. Jacobi Gorski
U. J. Dris et Prfris Authoritate Ordinaria 1653. die
Mercurii 5ta Martii erecti & approbati. Quorum
Juspatronatus pertinet ad Canonicum Cracoviensem Fun
di Karniow, qui Professorem ejusdem Collegii, aut Se
niorem Contubernii Jurisperitorum, si Collega recusa
verit praesentare tenetur.
Dos horum Canonicatuum est Census floren
280. in toto, per medium floren 140. a Summa Capi
tali 4000. floren. super Sledzieiowice Coram Actis
Castrensibus Cracoviensibus Sabbatho post Dominicam
Rogationum proximo 1653 inscripta, tandem exhis
levata, & in Bonis Xiaznice et Karsy Coram A
ctis Castrensibus Cracoviensibus Feria quinta ante
Festum Stae Margarethae proxima 1669. assecurata.
Qui Census inter dictos Canonicos bifariam dividi
debet. Insuper Canonicus primae Fundationis Cen
sum floren 70. in toto, per medium 35 floren duo-
bus Studiosis Cracoviensibus de Summa Capitali flo
ren 1000. super iisdem Bonis inscripta provenien
tem distribuere per gr 15 obligatus est. Intuitu cujus
Census primus Canonicus debet unam Missam de

Requiem pro anima Jacobi Sacerdotis Singulis Quartualibus legere, & Festis Solemnioribus Confessiones in praefata Collegiata SS. VV. excipere. Secundus Canonicus tenetur pro Canonico Cracoviensi Fundi Karniow si fuerit Senio confectus, aut morbo in lecto detentus Lectionem publicam in Lectorio Juridico legere. Si vero idem Canonicus praefatam Lectionem per se legerit, tunc simul cum priore Canonico, alternis vicibus praedictis Solemnioribus Festis et Dominicis Confessiones audire, nec non Missam singulis Septimanis diebus Quadragesimalibus et Canicularibus pro anima Jacobi Sacerdotis legere obligatus est. Haec Dos ejusmodi Canonicatuum, & quidem primi Canonicatus aucta est per M. Antonium Witkosiowski U. J. Doctorem & Professorem Censu reemptionali floren 280. vigore Scripti restrictivi roborati (a Summa Capitali floren 4000.) per quinque a Centum, in & super Bonis Krzelow Feriâ 3tiâ ipso die Festi S. Lucae Evangelistae Anno 1763. Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus inscripta. Intuitu vero ejusmodi, alterius Census tenetur Canonicus tres Missas quolibet Mense pro anima Antonii Sacerdotis absolvere, et ad Sacristiam pro Cera & Vino floren. 20. contribuere. Dos Secundi Canonicatus aucta fuit imprimis per Reverendum olim Joannem Wierzbitz ejusdem Canonicatus Possessorem Censu Annuo floren. 50 a Summa Capitali 1000 floren. super Bonis Palczowice et Smolice Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feriâ 6tâ post Festum Purificationis Beatae 1749 inscripta. Tandem per Reverendum Jacobum Gaiewski ad praesens dicti Canonicatus Possessorem censu annuo floren 100. a Summa Capitali 2000. floren super Bonis Witowice Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feriâ 2dâ ante Festum Stae Margarethae proxima 1757. inscripta, ratione vero ejusmodi Census tenebuntur Succedanei Canonici ad duas Missas quolibet Mense

pro anima Jacobi

pro anima Jacobi Sacerdotis & Parentum ejus absolven: das, & ad Sacrastiam pro Cera & Vino florenos 12. repo nere.

Possessor Canonicatus praefati primi Ministerii est M. Franciscus Minocki U. J. Prfr ad praesentationem Canonici Cracoviensis Fundi Karniow institutus, 1763. Possessor Canonicatus ejusdem secundi Ministerii est Illustris Adldm Rndus Jacobus Gaiewski Curatus in Barwald pariter ad praesentationem Canonici Cracoviensis Fundi Karniow 1757 institutus.

Nonum Beneficium Juris Passivi est Parochialis in Dziekanowice prope Dobczyce. Occurrente vacatione istius Parochialis post obitum Rndi olim Petri Bąkowski illius ultimi & immediati Possessoris Anno 1747 duo Patroni Laici Jus praesentandi sibi competere asserebant, primus Haeres in Niezdow Magnificus olim Zawadzki, alter Haeres in Dziekanowice et Sierakow Magnificus olim Remiszowski, et uterque praesentationem suam subscripsere, primus favore olim M. Casimiri Jarmundowicz U. Juris Dris et Prfris, alter favore cujusdam Reverendi Joannis Sniecinski Curati in Gorka per prius, per posterius vero variavit, et subscripsit praesentationem favore Reverendi Latosinski. Magno motu agitabatur causa inter praefatos Haeredes, respectu Jurispatronatus in omnibus tribus Instantiis, verum M. Casimirus Jarmundowicz post recessum dicti Reverendi Sniecinski a praesentatione sui expedivit Litteras Apostolicas subrogationis in Personam suam, quarum etiam executio subsecuta fuerat in Rota, et per Decisionem Rotalem tam Haeres in Niezdow circa Jus patronatus praesentandi ad praefatam Parochialem, quam et M. Casimirus Jarmundowicz circa Litteras Apostolicas subrogationis sui manutentus est, et possessionem dictae Parochialis apprehendit. Quod tandem Juspatronatus sibi adjudicatum Magnificus olim Zawadzki coram Actis Consistorii Generalis Cracoviensis 1752. die

Mercurii 22 Novembris Collegio Juridico cessit et dona vit. Vigore Cujus Jurispatronatus sibi cessi & donati Collegium Juridicum post liberam resignationem per M. Casimirum Jarmundowicz mediante Conclusio ne sua 1753 die 14. Mensis Novembris subsecuta, praesentavit ad idem Beneficium pro hac Sola vice Rndum Szczyglinski, salvo Jure in posterum pro Solis gremialibus Collegii ejusdem reservato, quae Clausu la indicat dictum Beneficium esse Juris passivi.

Qualem Dotem hocce Beneficium habeat, cum omnia documenta Spectantia ad eandem Ecclesiam sint penes Parochum ejusdem, in praesentiarum deter minari nequit. Possessor illius pro hac Sola Vice est praedictus Rndus Szczyglinski ad praesentationem Collegii Juridici institutus.

Tomum Beneficium Juris Pas sivi Sunt Altaria in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi fun data, et Professionibus Collegii Juridici incorporata, de quibus Altaribus iam Superius sub 5to et 6to Pro fessore dictum est. Juspatronatus dictorum Altari um, & quidem 1mi Altaris fundationis Petri de Strempino Episcopi Cracoviensis sub Titulo Transfi gurationis Dominicae, Sanctorumque Thomae Apo stoli, Thomae Cantuariensis Martyris, Thomae de Aquino, et Helenae Reginae Electae, est Rectoris, Do ctorum et Magistrorum omnium Facultatum Uni versitatis Cracoviensis, ut patet ex Privilegio Joannis de Lutek Episcopi Cracoviensis de quo Supra ibidem, ubi etiam et dote istius Altaris dictum et de obligatione. Similiter quoque Juspatronatus Altaris praeservatum est Recto ri, Doctoribus et Magistris ac toti Universitati, qui praesentare debebunt ad hocce Altare Licentiatum in Utroque Jure vel altero Jurium :/ Fundationis Petri Tu micki Episcopi Cracoviensis sub titulo SS. Angelorum in Capella S. Thomae Cantuariensis. Jam vero Al taris Secundi Ministerii sub titulo SS. Andreae, Sta nislai, Georgii, Annae, Catharinae, Barbarae in

Capella

Capella S. Nicolai Fundationis Generosi Stanislai Mila nowski pertinet ad Collegium Iuridicum, quod Altare conferri debet Professori Iuris Canonici, ut patet supra ibidem, ubi etiam et de dote ac Obligatione eorundem Altarium dictum.

Quod attinet Altaria in Capella Szafranciorum sub titulo Praesentationis B.V. M. eorum Iuspatronatus Fundator Petrus Szafraniec Succamerarius Cracovien. sibi et Successoribus Domus suae Stary Koń per Lineam Masculinam, ut patet ex Libro Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et Dioecesis Cracoviensis reservavit tali sub conditione: ut occurrente vacatione pro Ministerii Suppletione Congregatio Venerabilium Doctorum Universitatis Cracoviensis duos ex Magistris vel Scholaribus S.ta Theologiae, vel Iuris Canonici actu Clericos et Studentes eligat, et Seniori pro tempore Domus nominet, et in quem Haeres et Senior praedictus consenserit, ille per ipsum Seniorem Loci Ordinario praesentetur pro Canonica Institutione obtinenda. Quod successu temporis fuit immutatum, etenim Petrus Szafraniec Iunior de Pieskowa Skała Suprafati Petri filius dictum Iuspatronatus, et praesentandi Doctoribus et Magistris irrequisitis sibi in totum usurpavit, pro suoque Arbitrio Personas ad dictum Altare non per electionem Magistrorum, ut sonabat Erectio determinatas instituendas plures per Annos praesentabat. Tandem praedictum Iuspatronatus praesentandi Altaristas adhoc Altare totum et integrum Andreas Szafraniec de Pieskowa Skała Communitati Collegii Iureconsultorum Universitatis Cracoviensi cessit & in perpetuum donavit, quam Donationem Authoritate Ordinaria Georgius Radziwiłł mediante Decreto suo 1598 die Lunae 26 Octobris lato approbavit & confirmavit.

DOS istius Altaris erat tota & integra Villa Proguicie, quam postea Petrus Szafraniec pro 1000. Marcis

latorum grossorum Pragensium vendidit & alienavit. In cujus locum cum iterum Villam Filipowice Altari donasset, iterum eam ipsam Villam Filipowice pari sicut et Villam Bogucice modo ab Altaristis abstraxit, et tenuem recompensam Domum Lapideam, quae nunc est Capitularis tertia ab anguli descendendo ex Castro à manu dextra Altaristis contulit, insuper Censum 36. Marcarum Argenti puri super Bonis Villae Sułoszowa quotannis pendendum eousque, donec ipse vel ejus Successores memoratam Villam Bogucice reemerint, et suo Altari restituerint, praedictis Altaristis Coram Actis Terrestribus Cracoviensibus Feriâ 2dâ proxima ante Festum S. Egidii 1451. inscripsit. Verum in praesentiarum nihil de Villa Bogucice penes Altaristas remansit, praeter Tabernam unicam dictam Rzanka penes Stratam publicam versus Wieliczkam sitam habentem agros et prata, ex qua Altaristis pro Censu conducti tio penduntur solum floreni 160, ut dictum supra, occasione cujus quidem Tabernae fuit Controversia prima, inter Altaristas et Nobilem Andream Justemonti, qui eam Jure haereditario sibi adsciebat, et violenter eam occupaverat, quae sopita fuit per Sententiam Definitivam 1619. die Lunae 21. Mensis Octobris latam, qua mediante decisum, et declaratum fuit dictam Tabernam pleno Jure Spectasse, et Spectare debere ad Altaristas Capellae Szafrancorum. Et altera Controversia respectu dictae Tabernae fuit inter Altaristas & Venerabilem Adamum Lagocki Clericum ejusdem Capellae Szafrancorum, qui dictam Tabernam ad Se Spectare adstruebat, cum ex adverso Altaristae traxerunt se ad probandam possessionem Tabernae istius penes Se ab antiquo extitisse, admissique fuerunt mediante Decreto 1649 die Lunae 3tia Mensis Septembris ad probandum intentiones suas tam Altaristae quam Clericus, et Commissarii designati, ast ulterius

Causam

Causam non sunt prosecuti. Neque de Censu illo 36. Marcarum argenti puri quidquam de Villa Sulisszowa percipiunt. Cum enim Haeres Bonorum illorum Magnificus Hieronymus Wielopolski ratione Solutionis et reductionis hujusmodi Marcarum in fundamento Decreti Comitialis Regni 1641. lati, et per Oblatam ad Acta Castrensia Cracoviensia 1642 porrecti adcitatus fuerit, solummodo Altaristis Simplices floreni 36 obtrudebantur, sicque Causa adusque indecisa pendet. Neque in possessione praefatae Domus Lapideae, ad praesens Capitularis, extitere dicti Altaristae: cum eandem Successor Petri Fundatoris Petrus Szafraniec titulo permutationis pro Sex Marcis Census argenti puri annuatim solvendi ab Altaristis rehabuerit, et eandem pensionem Sex Marcarum Census argenti puri super Bonis Villae Sidzina, illiusque Cmethonibus inscripsit, et quotannis pendendum asseuravit Inscriptione Officiosa Cracoviae in Terminis Terrestribus Feria 2da ante Festum S. Elisabeth proxima 1443. Quae quidem pensio Sex Marcarum ex Sidzina proveniens quamvis ex Inscriptione ipsa, ac etiam ex Actu Judiciali in Actis Rndmi Nicolai Bedlinski Officialis Cracoviensis 1526. die Martis 18. Aprilis appareat spectasse ad Altaristas, praesumitur tamen ex subsequentibus Juribus per Altaristas cessam fuisse Clerico Capellae Szafrancorum, de quo fusius sub eodem Clerico infra dicetur. Praeterea dos istius Altaris et Altaristarum fuit quidam insignis Census cum Summa Capitali super Bonis Syrochowice et Mikolaiowice in Districtu Sandecensi sub Parochia Oppidi Woynicz sitis, de quo Censu habetur mentio in Visitationibus Maciejoviana et Zadzikoviana, sed respective in Actis Raphaelis de Skawina Officialis Cracoviensis sub Anno 1444. Die

Mercurii 24. Decembris, et 1456. Lunæ 21. Iunii reperitur Actus Iudicialis, ubi Altaristæ comperiuntur pro eodem Censu egisse, verum dilatione decreta negotium est intermissum, usque ad hæc tempora. Insuper dos sæpefati Altaris et Altaristæ aucta est Censu floren 35. ad præsens provenienti à Summa Capitali 1000. floren Fundationis Perillustris olim Sebastiani Brzezinski Canonici Cracoviensis super Bonis Villæ Rogow inscripta, ut dictum supra. Quo ad Atum sub 5to. et 6to Professore. Verum hic Census applicatus est vigore Fundationis uni prædictorum Altaristarum nempe Professori Institutionum Iuris Civilis Sacratissimi Imperatoris Iustiniani, ut supra Ibidem patet. Demum prædicti Altaristæ præfatæ Capellæ Szafranciorum habent Domum magnam & amplam in Arce Cracoviensi circa Domum Militum de Tenczyn in fronte Ecclesiæ S. Michaelis, quam olim V. Dominus Ioannes Szafraniec Canonicus Cracoviensis partim ex latere cocto, partim ex ligno in propria ac hæreditaria sua area fabricârat, prout de eadem Domo obloquitur Liber Beneficiorum Ecclesiæ Cathedralis, et respective ejusdem Capellæ. Tum Visitationes Nomowsciana 1565. Maciewoviana 1602. et aliæ subsequenter expeditæ. Hanc Domum olim Altaristæ arendaverât seu locaverant per Contractum ex vi reparationis ad vitæ tempora, primo Magnificæ Annæ Ligezina ante Annum 1519. dein Magnifico Stanislao Wolski Castellano Sochacroviensi pariter ad vitæ tempora, prout enuntiat Contractus locati & conducti inter Altaristas et prædictum Wolski 1519. Die 26 Iulii initus, et per Petrum Tomicki Episcopum Cracoviensem, Authoritate Ordinaria 1530. die Iovis 1ma Mensis Decembris approbatus. Hæc tandem Domus post fata memorati Wolski devenit ad ejus Successores, à Successoribus transit ad Nielepios, qui sibi Domum prædictam Iure hæreditario usurpârunt, eandemque

nullo Iure

nullo Iure Penenso olim Morawski cum tota sua latitu
dine vendiderunt. Ad praesens itaque haec Domus
per Altaristas vindicanda foret, ast ob tenues proven
tus suos nervus litis deficit eisdem.

Possessores horum Altarium sunt Professores Iu
ris Canonici et Civilis pro tempore existentes, et actu
legentes, prout ad praesens sunt M. Franciscus Mi
nocki, et M Cwienowicz U. I. Professores, non in
stituti, sed quasi Manuales, ob crebram Professio
num Mutationem, et ob exiguum nunquamque pro
portionatum subeundis laboribus proventum.

Unum Beneficium Iuris Passivi
Collegii Iuridici est Decanatus in Ecclesia Collegia
ta S. Michaelis in Arce Cracoviensi fundationis
Illustris olim Ioannis Straczkowski Ejusdem Ecclesiae
Canonici, prout edocent Litterae Erectionis 1696. die
Lunae 21. Maii subsecutae. Iurispatronatus vero &
Collationis Canonici Cracoviensis de Collegio Iuridico
gremialis, ad quem praesentare tenetur Professorem
unum manentem in Collegio Iuridico. Cujus quidem
Beneficii qualisnam sit Dos. cum Documenta haere
ant penes Possessorem illius, qui ad praesens est extra
neus, videlicet Illustris Ioannes Angelski U. I. Doctor,
vigore Consensus per Communitatem Domus Collegii
Iuridici mediante Conclusione 1763. die 29. Mensis
Ianuarii pro hac sola vice, salvo in posterum iu
re intraneis Professoribus serviente, in Personam
suam obtenti, ea propter praedicta dos hic describi
nequit.

Sequuntur Beneficia Iuris
Activi, quae Collegio Iuridico cum tem
pore accesserunt, eidemque incorporata
sunt.

Unum Beneficium Iuris Activi est Deca
natus

natus in Ecclesia Collegiata Voyniciensi, ut patet ex Litteris Erectionis dicti Decanatus 1663. Veneris 26 Mensis Januarii per Nicolaum Oborski Suffraganeum Cracoviensem, cujus Possessor vigore Conclusionis Domus Collegii Jurisperitorum et ad præsentationem ejusdem 1762 die 3tia Mensis Martii est Illustris et Adm Rndus Joannes Urbanski institutus. 80v

2dum Beneficium Juris Activi est Canonicatus in Ecclesia Collegiata S. Michaelis in Arce Cracoviensi Fundationis Generosi Joannis Mikecki, ut constat ex Litteris Erectionis ejusdem Canonicatus 1647 die Veneris 8va Mensis Martii. Illius Possessor de Consensu Collegii Juridici est institutus M. Josephus Szybalski Phiæ Dr et Psfr Collega Minor 1760 die 30 Januarii, uti & tanquam de linea Fundatoris procedens.

3tium Beneficium Juris Activi est Canonicatus in Ecclesia Collegiata SS. OO. Cracoviæ Fundationis Illustris olim Joannis Cantii Mrozinski, prout liquet ex Litteris Incorporationis ejusdem 1748 die Veneris 12. Januarii Coram Illustrissimo olim Andrea Zaluski Episcopo Cracoviensi subsecutæ. Possessor illius ad præsens est Illustris Adm Rndus Adalbertus Mrozinski Jus passivum dicti Canonicatus occurrente prima ejusdem vacatione sibi reservatum habens.

4tum Beneficium Juris Activi sunt Altaria quædam in Ecclesia Archipresbyterali Bæ V. Mariæ in Circulo Cracoviensi. Et quidem Altare 1mum 2di Ministerii Sub Titulo Transfigurationis Domini &c. in Capella Waldkofska quondam, expost Lesniowskich dicta situm, Fundationis olim Illustris Nicolai Dobrysz Canonici Sandecensis, Jurispatronatus vero Præpositi Domus totiusque Collegii Juridici, prout edocent Litteræ Erectionis dicti Altaris per Fridericum Episcopum 1490. die

pum 1490 Die 3tia 8bris. Cujus Possessor erat Admodum Rndus Karonski in Sonka Curatus, pro tunc verò M. O. Clericus. 2dum Altare est Passionis Domini, cujus Ministerium 2dum est sub titulo S. Bartholomei Fundationis Bartholomei olim de Lipnica, Jurispatronatus verò Communitatis Collegii Jurisperitorum obloquentibus ita Litteris Erectionis prædicti Altaris 1538 die 12. Julii Coram Roznowski. Possessor illius fuit V. Michael Lodzinski M. O. Clericus. ad presens vacat. 3tium Altare est S. Josephi fundationis Zyznoviana, Jurispatronatus verò Communitatis Collegii Jurisperitorum, hac adjectâ clausulâ: quod si in præsentando intra Sex Menses negligens fuerit, idem Juspatronatus et præsentandi ad Rectorem Confraternitatis Animarum Purgatorii in præfatâ Ecclesia Archipresbyterali fundatæ pro hac sola vice spectare, et pertinere debebit, ita enuntiant Litteræ Erectionis dicti Altaris 1665. die 24. Aprilis in Actis Oborski, illarumque restrictio 1666. Veneris 26. Mensis Februarii subsecuta. Possessor istius Altaris ad præsens est M. Antonius Camelin Philæ Dr et Prfr ad Præpositi Domus præsentationem Anno currenti 1766. institutus. 4tum. Altare est sub titulo SS. Petri et Pauli Apostolorum, cujus 3tium Ministerium est fundationis Excellentissimi olim Stanislai Tarcyna Philæ Dris, Jurispatronatus verò, deficienti Linea Masculina Tarcynow, Collegii Juridici, ut patet ex Litteris Erectionis ejusdem Altaris 1651. die Lunæ 18. Mensis Decembris in Actis Lipnicki. Quod quidem Altare collatum est Rndo Mathiæ Sołzynski Vicario et Sacristiano Ecclesiæ Collegiatæ SS. OO. Cracoviæ. 5tum Altare est titulo S. Stanislai, cujus 1mum Ministerium est fundationis Stanislai olim Pudłowski U. J. Doctoris cum Incorporatione Jurispatronatus Collegio Juridico, quemadmodum

dum obloquuntur Litterae Erectionis 1646 Veneris 17. Augusti in Actis Gembicki. Possessor illius est ad praesens Rndus Josephus Sinkowski Vicarius in Grabie ad praesentationem Collegii Juridici instututus.

5tum Beneficium Juris Activi sunt nonnulla Altaria in Ecclesia Collegiata Sae Annae Cracoviae. 1mum Altare sub titulo Conceptionis Bae M. V. Collationis Collegii Juridici. 2dum Altare sub titulo eodem 2di Ministerii est Fundationis M. Adami Stephanide, Jurispatronatus vero Canonici Cracoviensis de Collegio Juridico, ut constat ex Actis Consistorii Cracoviensis 1645. die 16 Januarij et 1696 Mercurii 11. Julii. 3tium Altare est tituli S. Annae, pariter Jurispatronatus Collegii Juridici, ut patet ex Actis Consistorii Cracoviensis 1529. die Jovis 20. Mensis Maii. Quinam vero ad praesens sint Possessores praedictorum Altarium, investigat Communitas Domus.

6tum Beneficium Juris Activi sunt Altaria duo in Capella Sae Mariae Magdalenae Cracoviae fundata. 1mum sub titulo Assumptionis Bae V. Mariae, et SS. Jacobi, Lazari, et Marthae. 2dum est sub titulo SS. Joannis Eleemosynarii, Joannis Baptistae et Jacobi Apostoli. Illud ad praesentationem Communitatis Collegii Juristarum, hoc ad praesentationem Lectorum Ordinariorum Juris in Collegio Juridico habitantium. Dictaque Altaria habent suos Possessores.

7mum Beneficium Juris Activi est Clericatura in Capella Szafranciorum in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi. Clericus hic ex vi Erectionis primaevae 1420. subsecutae debebat esse unus per Altaristas eligendus actu Presbyter vel proxime ordinandus, ad quem munditia Capellae et Clausura pertineret. Vi Erectionis primaevae habebat ex originalibus proven

tibus Villae

tibus Villæ Boguciæ quatuor Marcas ab Altaristis,
et mansionem in Domo Altaristarum in Castro Craco
viensi sitam, de qua dictum supra. Sed cum Villa Bo
guciæ ab Altaristis sit avulsa, nec in possessione di
ctæ Domus existant, etiam et dos ejusmodi Clerico
deperiit. In Libro Beneficiorum Ecclesiæ Cathedra
lis Cracoviensis, et respective Capellæ Szafranconum
mentionatur eundem habere Proventum seu Sala
rium consignatum per Altaristas de Taberna Rząn
ka prope Wieliczkam, occasione cujus Tabernæ in
stituerat Actionem Altaristis dictus Clericus, ut constat
in Actis Petri Gembicki Episcopi Cracoviensis 1649
Lunæ 13. Mensis Septembris, quæ Causa Commissa
riis, ut dictum supra, ad cognoscendum de possessione
dictæ Tabernæ solum præcommissa fuerat, et am
plius nulla mentio in Actis reperitur. Ex Libro
autem Retaxationum tum Visitationibus variis
per expressum constat dictum Clericum debere habere
ex proventibus Sortis Academicæ Villæ Sidzina
Marcas Sex. Occasione cujus Census fuit intenta
ta Actio per dictum Clericum Possessori Bonorum
Villæ Sidzina in Consistorio Cracoviensi 1749. Lunæ
17. Martii, et terminus ulterior observatus fuit Mer
curii 7ma Maii Anno eodem. Quo in termino in
juncta fuit Possessori Villæ exsolutio Census Sex
Marcarum puri argenti ad valorem antiquæ monetæ
ad mentem variorum Decretorum. A quo Decreto
pars Citata appellavit. Tandem Anno Domini 1750
Mercurii 18. Mensis Martii Varsaviæ ex appella
tione Subsecutum fuit Decretum in Sacro Tribuna
li Nuntiaturæ approbatorium et Confirmatorium
Decreti primæ Instantiæ. Sed adusque Causa non
finita, ob tenuitatem Proventuum Clerici, sed
Altaristis deberet injungi Vindicatio ejusmodi Cen
sus, uti in anterioribus terminis assistentiam sui ad
vindicandum huncce Censum Clerico præbentibus,

Salva refusione aut compensatione per Clericum litis expensarum. Quoniam vero haec Clericatura expost elevata fuit in Beneficium Ecclesiasticum Authoritate Loci Ordinarii 1608 die Lunae 10. Mensis Martii, habuit ultra praefatam dotem Censum floren 20 in toto, per medium 14. a Summa Capitali 400. floren super Bonis Trzydnow Coram Actis Metricae Regni Anno 1608. die 13 Februarii inscripta, ex quibus postea haec Summa translata est in Bona Villae Brzeznica Malowana in Ducatu Zathoriensi jacentia Coram Actis Castrensibus Cracoviensibus Feriâ 4tâ post Festum Joannis Baptistae proxima 1727. Intuitu cujus Census tenetur Clericus ad unam Missam Lectam de Requiem quolibet Mense, praeter antiqua Officia in Erectione primaeva specificata.

8vum Beneficium Juris Activi est Parochialis in Pobiednik, cujus Jus Patronatus totum et integrum donatum est per totum Conventum Monialium Ordinis Praemonstratensis Monasterii Zwierzynecensis Collegio Juridico, quae Donatio approbata est per Cardinalem Radziwill 1599. Sabbathi 2da Mensis Octobris. Verum in possessione praesentandi ad hocce Beneficium nunquam fuit Collegium Juridicum: & si quando circa Institutiones ad hocce Beneficium se opposuerat, Solummodo in petitorio reservata actio eidem fuerat. Supplicandum venit Celsissimo Visitatori, quatenus saltim si non Juspatronatus Activum, saltim Passivum possit Collegium Juridicum ad idem Beneficium consequi

Sequuntur Beneficia Juris alternativi cum Collegio Juridico

Quamvis de rigore Justitiae omnia Beneficia

Universitati

Universitati incorporata deberent esse Alternativa cum Collegio Juridico et Collegio Artistarum vulgò Majori, ex quo per omnia et in omnibus Gratiis, Indultis, Privilegiis exequatum sit Collegio Artistarum vulgò Majori, ut dictum supra. Vix tamen idque magno motu duo Beneficia Juris Alternativi sunt cum Collegio Juridico. Unum Praepositurae Ecclesiae Collegiatae S. Annae, alterum Parochialis S. Nicolai extra muros Cracoviae. De primo habetur Conclusio Universitatis 1599. die 18. Maii Rectoratu Petri Gorczynii U. J. Dris et Pfris, qua mediante consensit Universitas in Unionem Praepositurae S. Annae Altaris S. Bartholomaei in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi siti fundi Podstolic, ac in Alternatam ejusdem Praepositurae. Verba sunt Conclusionis Universitatis = Cumque de eorum petitione ad Omnes Dominos Doctores et Magistros inductum fuisset, rogatieque Sententiae, unanimi Consensu electus est in Praepositum et Altaristam simul Venerabilis Magister Sebastianus Nagrodius Siradiensis resignatâ Collegiaturâ. Quo cedente vel decedente eligetur aliquis ex Jureperitis, et sic deinceps alternis vicibus nunc in Dominos Jureconsultos, nunc in Artistas devolvetur Jus petendi eandem Praeposituram simul et Altare. Quae quidem Unio praedicti Altaris cum Praepositura ac Jus alternativum praesentandi ad hanc Praeposituram constitutum, per Georgium Radziwill Cardinalem Confirmatum & approbatum fuit, quemadmodum patet ex Litteris Confirmationis 1599. Die Mercurii 26. Mensis Maii ad finem, ibi = Primo ut onera &c. Deinde vero ut ad eandem Praeposituram alternis vicibus, hoc est, nunc ex Artistarum, nunc ex Jurisconsultorum Collegio Viri idonei perpetuis temporibus eligantur, et electi Domino Loci Ordinario ad instituendum praesententur.

In cujus rei fidem etc. — De secundo nempe de Parochiali S. Nicolai pariter occurrente illius vacatione lata fuit Conclusio Universitatis Rectoratu M. Joannis de Oswiecim 1495. die Saturni 13a Februarii. Quatenus in futurum Praepositus S. Nicolai obligatus foret ad duos celebres Actus duntaxat habendos in Anno temporibus opportunis secundum conditionem promotionis suae, ut si fuerit Theologus in Theologia, si Jurista in Jure Canonico, si vero Simplex Magister, tunc in Artibus. Ex qua Conclusione eruitur Parochialem praedictam conferri solitam fuisse alternatim. Cum vero expost circa Collationem illius multae inter utrumque Collegium oriebantur altercationes, has omnes differentias et controversias sopivit Martinus Szyszkowski Episcopus Cracoviensis per Decretum suum, quod habetur in Actis ejusdem. 1618. Feria 4ta, quae fuit dies ultima 8bris, per quod manutenta et definita est Alternata respectu ejusdem Beneficii, ibi — Illustrissimus Dominus audita etc. ex pluralitate Sententiarum conclusit et decrevit Alternatam in assequenda Provisione Praepositurae S. Nicolai ex inveterata, et plusquam centenaria consvetudine veram esse ac validam de Jure, ac proinde perpetuo Servandam inter Collegium Maius & Minus, Medicos, et Artistas ex una /: qui unum corpus repraesentant :/ ac Domum Jurisconsultorum ex altera — Et infra — Illustrissimus Dominus decrevit, primam Turobojscii provisionem annulandam esse, prout praesenti Decreto annulat, eo quod in praejudicium Alternativae Jurisconsultorum Domui competenti facta sit. Similiter quo ad Personam Waclavovicii declarat, decernendo Provisionem non valere eo, quod a Rectore praesentatus non sit ad Alternativam Juris Consultis debitam. Unde pro Nova electione etc. —

— Et ex altero

= Et ex altero Decreto Anno eodem Die 14ta Novembris, ibi = Salva tamen libera electione et Decreto de Alternata antea lato et pronuntiato in omnibus punctis et Clausulis salvo =

Est adhuc Decretum servandæ Alternatæ inter Collegium Majus Artistarum et Juridicum in Collatione Altaris tituli SS.ᵒ OO. in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi siti, habentis sibi annexam Prædicaturam Festis Salvatoris et Beatæ, Anno Domini 1594. die 24. Mensis Januarij Coram Georgio Radziwill Cardinalem subsecutum, quo Decreto duxit monendum esse Dominum Rectorem ut interea de Alternata dicti Altaris inter se facienda, nec non de aliis Juribus et Beneficiis quæ ad Collationem Universitatis Spectant, Convocationem faciat, ne in posterum ejusmodi Controversiæ exoriantur, neve præjudicium Collegium Doctorum Jurisconsultorum a majori Parte Professorum Maioris Collegii patiatur, ejusmodi nihilominus Alternata, prout et aliorum Beneficiorum non est constituta. Quare in præsentiarum Supplicat Juridicum Collegium suo Celsissimo Apostolico-Regio Visitatori, quatenus hocce Decretum Authoritate Sua demandare exeutioni dignetur, quatenus et Alternata non tantum prædicti Altaris ast et aliorum Beneficiorum ad Collationem Universitatis Spectantium constituatur, et Collegium Juridicum a pluralitate Majoris Collegii non opprimatur.

Beneficia vero in quorum Possessione Nunc est Collegium Juridicum sunt hæc. Primum: Prædicatura Ordinaria in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi fundata per Sbigneum Episcopum Cracoviensem 1454. Septima die Februarij super Proventibus Altaris S. Joannis

Baptistæ alias super Decima Manipulari in Villa Godsicza Capituli Cracoviensis Præstimoniali post omnes Agros seu Laneos Cmethonales, et Allodio in Villa Damianice. Qui Prædicator per Illustrissimum Capitulum eligi debuerat vel Magister in Theologia, aut Doctor in Iure Canonico, vel adminus Magister in Artibus Nationis Polonæ, idoneum et capacem prædicare et proponere Verbum Dei in Polonico et Latino idiomatibus, quoties visum fuerit, salvis Fratrum Prædicatorum et etiam Minorum Stationibus dudum in Ecclesia Cracovieni admissis et observari solitis. 2dum Pœnitentiaria in dicta Ecclesia Cathedrali Cracovien fundata et erecta per Ioannem Konarski Episcopum Cracoviensem 1520. die 11. Februarii. Qui quidem Ioannes Konarski, Episcopus fundavit duos Confessores seu Pœnitentiarios, qui a Nomine ejus vocantur Konarsciani, ita ut unus ex eis foret in Theologia, alter in Iure Canonico Doctor, aut saltem Baccalaureus in Theologia aut Iure assumi et eligi deberet. Imposito eis onere prædicationis in dicta Cathedrali certis temporibus et Stationibus, quibus videlicet Fratres de S. Dominici et Francisci Ordinibus Verbum Dei prædicare tenebantur et adstricti erant. 3tium est Parochialis in Pobiednik, de qua superius dictum.

Quo ad 6tum

ut pote: Conservatio Ædificiorum Collegii Iuridici, tum Domus Canonicalis, ad quem pertineat, et per quem sustineri debeat, et quis ad præsens Status eorum?

Quod attinet Collegium Iuridicum, illius

reparatio

reparatio pertinet ad Universitatem; ut patet ex Statuto Domûs, quo injungetur Preposito Domus, quatenus si viderit necessitatem aliquam reparationis tempestive et opportune avisare faciat Procuratorem Universitatis, ut ille ejusmodi reparationi de Proventibus Universitatis subveniat. Et de ejusmodi reparatione habentur Conclusiones Universitatis. Et quidem 1713 die 31. Maii, ibi = ad 2dum. assignati Commissarii ad Thesaurum Universitatis, ut nimirum revisio ejusdem Thesauri fiat, et pro continuanda Collegii Majoris et Collegii Juridici reparatione aliquid ex praefato Thesauro ordinetur; et acceptum est argentum inauratum pro reparatione Collegiorum. Ita scribit Oslinski in Collectaneis Conclusionum Universitatis. Item 1752 die 19. Junii. ibi = ad 12mum. Reparatio Collegiorum commissa est Perillustri Procuratori Universitatis. = . ~~Item~~ 1753 die 9. Julii. ibi = ad 5tum. Quo vero attinet reparationes Collegiorum easdem pro posse faciendas decrevit Universitas, et dispositionem Decimarum Perillustri Procuratori Universitatis commisit = . Et aliae plurimae antiquiores. Deducitur ejusmodi Reparatio Collegii Juridici etiam ex Actis Obligationum Rndi Patris Domini Stanislai de Swiradzice Canonici et Officialis Generalis Cracoviensis. ubi Anno Dni 1464. die Mercurii 18. Mensis Januarii Ioannes Sarna et Bartholomeus Sthanthas Cives Casimirienses 100. cistas Caementi; 70. cistas arenae ratione Decimae in Zaszczytow per eos emptae manu conjuncta, et in Solidum unus pro alio cavendo, et se principalem Debitorem ponendo, V. M. Stanislao de Kobylino Decretorum Doctori Procuratori Universitatis Cracoviensis proprius impensis et sumptibus hinc ad medium

dium proxime sub poenis Excommunicationis indu cere ad locum Collegii Juristarum se obligarunt. Tum ex Regestris Procurationis Universitatis liquet ejusmodi reparatio, ibi = Distributio Pensionum ex Villis Wielmoza et Milonki. Pro reparatio ne Collegiorum floren 400. Ex Villis Strzebnisz et Stupiec. Pro fabrica et reparatione Domuncu larum Universitatis floren 150. Et adusque est in possessione reparationis ejusmodi per Procura tores Universitatis Collegium Juridicum, et pate bit adhuc, cum de reparatione Domus Canonica lis agetur.

Quantum attinet reparationem Domus Canonicalis: Ante omnia sciendum est, quod Do mus haec Canonicalis titulo venditionis pro 300. Marcis latorum grossorum Pragensium resigna ta fuit Venerabilibus Viris, seu Universitati Stu dii Cracoviensis per Nobiles Nicolaum et Nime na Fratres germanos Haeredes de Gnadza, ut col: ligitur ex Litteris Resignationis seu Venditionis de Actum Cracoviae Feria 6ta infra Octavam S. Michaelis 1406. Quam Domum tali titulo per Universitatem acquisitam M. Martinus de Elgoth Decretorum Doctor Canonicus et Scholasticus Cra coviensis propriis sumptibus in muris creatam di ctae Universitati libere resignavit, dedit, et contu lit totaliter, nihil sibi Juris reservando, prout pa tet ex Conclusione Universitatis 1451. 3tia No vembris subsecuta. Reparatio haec praedictae Do mus Canonicalis deducitur ex Conclusionibus U niversitatis, ut pote 1533. die S. Barbarae Mar tyris, ibi = In qua quidem Convocatione instante praefato Nicolao de Koprzywnica Decretorum Doctore et Canonico Cracoviensi, conclusum est de re paratione Domus Canonicalis in Collegio Jurista rum sitae. Quod Venerabilis Doctor Martinus

Betre de

Betze de Crawria pronunc Procurator Universitatis & deinceps alii Procuratores pro tempore per Universitatem electi debebunt reparare et reformare necessaria hujusmodi habitationis adinstar aliarum habitationum, attento, quod una sit Domus Collegii Juristarum, & quod praefatus Dominus Canonicus est actu laborans, Senior Pater, onera ferens ut alii, et quia à Praebenda sua Cracoviensi septem Decimae ademptae fuit. — . Item 1734. die 8va Novembris. ibi — ad 8vum. Ad revisionem ruinarum Domus Lapideae Canonicalis deputantur Illustres Federowicz et Procurator — Item 1753 die 9 Julii. ibi — Quo ad 15tum. Censuit Universitas expensas pro reparatione Lapideae Canonicalis penes Collegium Juridicum sitae à Magnifico ad praesens Rectore erogatas (: erat tunc Rector M. Adalbertus Micinski :) vel ex Massa Universitatis, vel ex Legato in Bonis Villarum Bolen et Modziejowice haerente, refundendas esse. — Et ex antiquis Constitutionibus Universitatis, prout habetur in Summario Constitutionum earundem sub Rectoratu Miechovitae 1441. ibi — Canonici Cracoviensis Doctoris Jurisprudentiae Domus reparetur Sumptibus Universitatis. folio 64. —

Non solum autem Universitas tenetur ad reparationem Domus, tam Collegii Juridici, quam Canonicalis, ut immediate dictum, sed etiam ad reparationem Capellae S[ae] Mariae Magdalenae est obligata, quemadmodum patet ex eodem Summario praeallegato, ibi — Mariae Magdalenae tecta aedificare tenetur Universitas, folio 11. —

Et ad praesens quoque Collegium Juridicum indiget reparatione, tam in pariete ab Occidente, quam in habitatione post fata olim Perillustris Latasrowski U. J. D[omi]nis et Prfris, cujus reparationis necessitatem induxit Praepositus Domus in Convocatio

ne Universitati, et ad revisionem ejusmodi ruinarum deputati sunt ex Universitate Revisores.

Quo ad 1mum

Iura Collegii Iuridici an omnia & singula sunt in toto salva et illæsa?

Dulcissimam recordationem in pectoribus nostris portamus, Celsissimi Principis Apostolico-Regii Visitatoris Nostri, quum se in limine suæ Visitationis palam nobis curam Patrem, Magistrum & Medicum necessitatibus totius Universitatis, ac Suppositorum ejus proposuerit. Igitur legitimando sequentia puncta, necessitates Nostras exponere, corrigenda indicare, vulnera, et quid quid est læsum non abs re erit detegere.

Læsum est Ius Collegii Iuridici per retentionem Beneficii Premykoviensis non ita pridem in Personam Rndmi olim Mamczynski Studio et favore Collegii Majoris ad Illustr. Zołędziowski Romæ commoranti obtentam, sub hac falsa narrativa, quasi idem Beneficium in Przemyków competat duntaxat Collegio Majori & Minori, et quod protunc nullus ex Collegis Majoribus et Minoribus hocce Beneficium, cum vacabat petiit, ideo collatum est Perillustri Mamczynski Collegæ Iuridico, cum tamen in Privilegio Donationis Iurispatronatus ejusdem Beneficii per Sigismundum Augustum Regem Poloniæ de Actum Piotrkoviæ in Conventione Regni Generali Feria 4ta intra Octavas Corporis Christi proxima 1550. per expressum habeatur = dedimus illi et incorporavimus, damusque et incorporamus Iuspatronatus et præsentandi ad Ecclesias Parochiales Iurispatronatus Nostri in Oppido Proszowice et Villis Przemyków et Korzyn perpetuis temporibus, adimentes nobis & Successoribus Nostris,

stris, Ius omne præsentandi ad Ecclesias Parochiales præ dictas, illudque totum in Academiam Cracoviensem transferendo, ita, quotiescunque Ecclesiæ prædictæ post cessum vel decessum vacaverint, Rector Universitatis Cracoviensis cum Doctoribus Omnium Facultatum Universitati subjectis ac Magistris, quos Vocant Salariatis, hominem doctum et probum, sive ex Doctoribus, sive ex Magistris Majoris aut Minoris Domus profitentibus et legentibus ad eas, et earum quamlibet præsentare ex pluralitate Votorum possint = Si ergo toti Universitati donatum est Iuspatronatus dicti Beneficii in Przemykow, quilibet Doctor et Professor (: nisi ei aliquid obstet :) præsentari ad illud poterit ex pluralitate. Et si Universitas unum ex Doctoribus præ primis præsentare possit, ergo falsa narrativa in expeditione retentionis, quod Beneficium hocce competat Collegio duntaxat Majori et Minori. Vel ne hæc particula sive ex Doctoribus, sive ex Magistris est conjunctiva? ut illam in suam partem trahant tantum Collegæ Majores & Minores. Aut si de communi Doctorum Sensu, per Doctores intelliguntur, Doctores Iuris, per Magistros intelliguntur Doctores Theologi, multo magis a præsentatione ad hocce Beneficium amoveri Doctores Iuris nequeunt. Quare et Perillustri Mamczynski in Literis Retentionis non erat hoc exprimendum, quasi Ius præsentandi ad præfatum Beneficium serviat tantum Collegio Majori et Minori. Nec obstat quod nullus tunc Collegarum Majorum et Minorum, cum idem Beneficium vacabat, petiit. Quia surrexit Rector, qui primus est ad optanda Beneficia, vigore statuti et consvetudinis antiquæ: quia surrexit Doctor, cui qua primo, favet Privilegium Donationis Iurispatronatus: quia surrexit Pater Senior Universitatis

cui in recompensam Librorum de condigno compete
bat collatio ejusdem Beneficii. Quinimo Status an
teriores etiam ex controversiis Juris subfeudi id edo
cent, quod ad dictum Beneficium etiam Collegæ Ju
ridici præsentabantur, et instituti fuere. Placeat hic
unum exemplum adducere, videlicet Sententiæ Rota
lis Coram R.P.D. Rondinino Cracoviensi Beneficii
Veneris 6. Martii 1676. qua circa idem Beneficii
um manutentus fuit Samuel Formankowicz U.
J. Prfr. in fundamento Privilegii Donationis Juris
patronatus. Et quod etiam Collegæ Juridici erant
in Possessione Beneficii Proszoviensis, patet ex
Conclusione Universitatis Rectoratu Joannis Tu
robinii U. J. Drs Anno 1569. die 16. Martii sub
secuta, in qua post sublimationem ad Episcopatum
et Suffraganeatum Posnanien Stanislai Bedzin
ski ex pluralitate Votorum Doctorum & Magistro
rum electus fuit in Plebanum Proszovien M. Sta
nislaus de Radoszyce Collega Juridicus. Simili
ter erant in Possessione Beneficii in Korczyn an
tiqua, ut liquet ex Conclusione Universitatis Re
ctoratu Jacobi Gorski U. J. Drs 1582. die 7tia
Augusti lata, in qua post resignationem dicti Be
neficii in antiqua Korczyn per eundem Jacobum
Gorski U. J. Drem et Prfrem electus fuit Plebanus
in eadem Korczyn Martinus Clodaviensis S.
Theologiæ Prfr.

2do. Læduntur Jura Collegii Juridici in Acti
bus Universitatis per prævalentiam et præpoten
tiam Collegii Majoris, quod sæpe sæpius imo
sæpissime servili pluralitati votorum innititur, quan
do Vota Collegarum Juridicorum sensus et desi
deria spernuntur, et Collegæ Majores pro libi
tu suo, quod volunt faciunt. Cum tamen Colle
gæ Juridici dicantur et censeantur esse Sanior

Pars Universitatis

Pars Universitatis, ut patet ex Decreto Georgii Radziwill Cardinalis inter Joannem Vielicium S^{ae} Theologiae Pfrem, et Nicolaum Dobrocieski U. J. Drem occasione Institutionis ad Altare tituli SS. OO. in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi situm, ad praesentationem Rectoris & Professorum Universitatis 1494. die 24. Mensis Januarii subsecuto, ibi — Praedictus vero Nicolaus Dobrocieski licet a Minori, sed tamen quo ad hoc a saniori Parte electus sit in Altaristam — Et ex Literis Commissionis Apostolicae in Personam Nicolai Oborski Suffraganei et Officialis Gnalis Cracovien 1669. die 13. Maji emanatae, ibi — Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Sanior Pars Academiae Cracovien et praesertim Juristarum. — Insuper praelaudatus Georgius Radziwill Cardinalis in eodem Decreto suo cavit, ne Collegium JurisConsultorum a Majori Parte Professorum Majoris Collegii praejudicium patiatur. Praeterea quasi bilancem Collegium Majus inter et Juridicum Martinus Szyszkowski Episcopus Cracovien appenderit, quando Decreto suo Anno 1618 Feria Quarta, quae fuit dies Ultima Mensis Octobris constituendo Alternatam ad Praeposituram S. Nicolai in una bilance appendit Collegium Majus & Minus, Medicos et Artistas, in altera vero bilance domum Jure Consultorum, ibi — Alternatam in assequenda Provisione Praepositurae S. Nicolai ex inveterata et plusquam centenaria consuetudine veram esse et validam de Jure, et proinde perpetuo servandam inter Collegium Majus & Minus, Medicos et Artistas ex una /: qui unum Corpus repraesentant :/ et Domum Jure Consultorum ex altera — Nonne ex hac sapientissima et aequissima Episcopi ac Cancellarii Universitatis

versitatis Sententia sequitur et colligitur, tantum in votando, Collegium Juridicum valere debere, quantum in votando valent simul Collegium Majus et Minus, Medici & Artistæ.

3tio. Læsum est Jus Collegii Juridici per impugnatam nuper Electionem in Rectorem Perillustris olim Jarmundowitz per Verbum placet Professoris Præsidentis in Cathedra approbatam, meritissimi in Universitate Doctoris, quem Professores longe inferiores confisi suis Principalibus contendebant incapacem Rectoratus reddere, hac duntaxat permoti ratione, quod Causam Beneficii in Luborzyca, cujus reparatio ad Universitatem pertinet, ut in desideriis patebit, in Judicio Celsissimi Domini Loci Ordinarii promoveret, et non Coram Rectore aut Universitate, cum tamen Causæ Beneficiales omnes in fundamento Privilegiorum Casimiri et Vladislai Jagellonis Regum Poloniæ inter Personas Academicas exortæ Coram ipso Loci Ordinario agitari debeant.

4to Læduntur Jura Collegii Juridici circa Vocationes Professorum ad suum Collegium, quia non eliguntur per Universitatem ii, quos Facultas Juridica suo Studio proficuos judicat & recommendat, ast qui ad Collegas Majores confugiunt, præpotentique promotioni illorum confidunt. Cum tamen per expressum Statuta tam Facultatis Juridicæ quam Domus Collegii Jureconsultorum obloquantur, ut non nisi ad recommendationem Facultatis Juridicæ subjecta ad Collegium suum vocentur, et à violenta subjectorum impositione abstineat Universitas. Tum etiam Conclusiones Universitatis intercessere, quatenus occurrente Vocatione Professorum ad Collegium Juridicum hoc in puncto Facultati Juridicæ deferatur. pluresque ad mentem Statutorum ac Conclusionum

Universitatis

Universitatis intercessere ejusmodi Vocationes. Et M. Basilius Oslinski S^{tae} Theologiae Doctor et Prof^r in Collectaneis Conclusionum Universitatis scribit, Vocationem Professorum ad Collegium Juridicum Dominorum Jure Consultorum arbitrio relinquendam esse.

5to. Laeduntur Jura Collegii Juridici quia Collegium Majus habens Personas plus minus septemdecim, neminem tamen Professorum suorum ad regendum Studium Academiae Posnanien. mittit, et ex pauco numero Collegarum Juridicorum semper unum in Rectorem Academiae Posnanien. deputat, ea propter habitatio et Cathedra in Collegio Juridico ex absentia unius Professoris perpetuo vacat. Quod est contra expressum Statutum primum Academiae Posnaniensis, quae Statuta ea mente Universitatis sunt condita, ubi dicitur, quod in Rectorem Academiae Posnaniensis unus Professorum aut ex Collegio Majori aut Juridico, aut Minori assumi et deputari debet.

6to. Laeduntur Jura Facultatis Juridicae, quando ex Collegio Minori deputantur Professores in Rectores Coloniarum Culmensis et Biatensis, qui debent esse Professores Juris, quemadmodum patet ex Statuto primo Coloniae Culmensis, non tamen demandatur ipsis, quatenus sese in Facultate Juridica formalizare curent, aut ad aliquem gradum saltem Baccalaureatus in Jure promoveantur, per quod, apertissimus est contemptus Facultatis Juridicae, cum nemo Actum aliquem Facultatis cujuspiam exercere valeat, quem sibi collatum non habuerit, et insignibus, videlicet, Tabardis, quae solos Professores aut Baccalaureos Juris concernunt, in publicis Actibus utuntur, quod in nulla alia Superiori Facultate Theologica nempe aut Medica practicatur.

7mo Laeduntur Jura Collegii et Facultatis Juridicae cum suos Professores idoneos et secundum oblo

queneiam Fundationum, et quod maximum, stante defectu Doctorum ad Doctoratum in Utroque Iure capessendum Universitati praesentat, quos tamen praepotentia sua Collegium Majus pro suo velle non admittit, admittendo numerosos in Facultate Theologica sine ulla necessitate Doctores, uti ad praesens actuales Doctores reperiuntur quinque, Praesentati ad Doctoratum eundem quatuor, et unus Iromanus Doctor, ergo brevi in Facultate Theologica erunt brevi decem Doctores actuales, quod in nulla Universitate practicatur, cum tamen Solummodo juxta Reformationem Dobrovicianam Universitatis Anno 1604. subsecutam in Universum decem Theologi debeant esse, unus Canonicus Cracoviensis, octo ad Praebendas S. Floriani promoti, et unus Ordinarius. Ex cum Facultas Juridica ad mentem Concilii Tridentini quatuor Doctores sibi exoptat habere, a desideriis et petitis suis repellitur, quae tamen debet esse in omni aequalitate cum Theologica, quia ambae sunt et dicuntur superiores Facultates.

§VV. Laeduntur Iura Collegii Juridici, cum Collegium Majus usurpat sibi potestatem et Authoritatem toti solum Universitati competen super Collegium Minus et Collegas illius, asserendo se esse Patronam Domus Minoris; Jurisdictio nihilominus super illam Rectori totique Universitati competit, et a principio plenam dispositionem illius habuit Universitas, prout colligitur ex Litteris Erectionis dicti Collegii Minoris. Hinc enim sequitur, quod quidquid fiat ad placitum Collegii Majoris cum dependente assensu Collegii Minoris, censetur ac si esset legitimus Actus Universitatis. Hinc sequitur quod attenta ejusmodi Authoritate Collegii Majoris super Collegas Collegii Minoris, vota illorum in Convocationibus Universitatis per saepe saepius fiunt Servilia, ob quendam timorem, quem praeconcipiunt ex ejusmodi potestate, et

Authoritate

Authoritate superse.

9no. Læduntur Iura Collegii Iuridici per privatio nem vocis activæ et passivæ ad Ecclesiam Collegiatam S. Floriani, cujus Iuspatronatus quamvis ad totam U niversitatem pertineat, ad eandem tamen Collegiatam neque præsentare possunt Iuridici, neque præsentantur. Verum de prædicta Collegiata plenior legitimatio cir ca desideria elabitur.

10mo. Læduntur Iura Facultatis Iuridicæ cum Professores juniores Iura discentes ex hac Scientia ascensum non obtinent, et ideo eandem negligunt. Theo logis se tantum et Philosophis accommodant, ab ipsis duntaxat promotionem speraturi. Et quod majus est, etiam istis Professoribus junioribus, quinimo et extra neis venientibus causâ addiscendæ Iurisprudentiæ inhibetur per Theologos frequentare Lectiones Iuri dicas, allegando, se quoque tractare de Iustitia et Iure in Theologia. Quod est contra expressam dispositi onem Loci Ordinarii, qui per edictales suas de Da tum Radlovie die 5ta Mensis Decembris 1739 mandat omnibus & singulis nunc operam studiis navantibus, et in posterum navaturis, quatenus Stu dio Iurisprudentiæ tam Theorico quam practico incumbant, Lectionibusque Processus Iuris ac ali is Iuridicis invigilent; requirendo simul Rectorem Provisorem et Professores Studii Universitatis, ut Studentes suos ad superius expressa alliciant, in ducant, et compellant pro Officio suo.

11mo Læduntur Iura Collegii Iuridici, ex quo Rector Universitatis difficulter et raro eligatur ex Collegio Iuridico. Procurator Universitatis et Pro vinciarum Administrator ex hocce Collegio rarissimus, et ab Anno 1719 post dimissum istud Officium per M. Ioannem Lukini U.I. Professorem, nullus ad hæcusq

tempora Procurator et Administrator Bonorum Univer sitatis fuerat Juridicus, cum tamen istud Officium ad mentem Conclusionis Universitatis triennale tantum debeat esse. A tenuta Bonorum Universitatis pla nissime excluduntur, & si aliqui admissi fuere, tunc aut magno motu, aut attenta illorum Authoritate Re ctorali.

11mo. Læduntur Jura Collegii Juridici, quod ad Vocationes Collegarum Minorum non concurrat, sed illorum Vocationem Collegium Majus sibi usurpat et Authorizat, asserendo se (: ut dictum supra :) Patro: nam Domus Minoris. Quod sane rationi non congruit, ex quo enim Collegium Juridicum sit coæqua tum in omnibus Collegio Majori, cum itaque Colle gium Maius motu proprio eligit sibi et vocat ad se subjecta, non referendo se quidquam ad Universitatem, cur quoque et Collegium Juridicum motu proprio non deberet sibi eligere subjecta bene visa, illaque ad se vocare? attamen occurrente Vocatione jam non Colle gium Juridicum, sed tota Universitas ejusmodi sub iecta ad Collegium Juridicum eligit et vocat. Pariter quoque et de Vocatione ad Collegium Minus dicen dum. Si Universitas tota ad Collegium Juridicum, quod est dignius Collegio Minori tam prioritate na turæ quam temporis, eligit et vocat subjecta, quare eti am non tota Universitas debeat eligere et vocare subjecta ad idem Collegium Minus. Tali enim modo et Collegium Juridicum et Facultas Medi ca ad Vocationem Collegarum Minorum concurre ret, et subjecta vocanda exercerent se in Studio Ju risprudentiæ, curando favorabilia vota Jureconsulto rum, faciliusque ita providerentur subiecta ad Cathe dram Juridicam aptiora. Demum docere debet Collegium Majus, a quonam hanc legem vocan

di Sponte

di Sponte sua Professores ad Collegium Minus datam et concessam sibi habeat. Non ab Universitate, cum ad usque plena dispositio Collegii Minoris maneat penes Universitatem, quare hac potestate non se poterat privare. Si aliqua Statuta sua, quibus regitur, producet, illa cum favore sui conscripta sunt, censendum et hocce respectu Vocationis favore sui conscriptum fuisse, quod tamen toti Universitati prejudicare nequit, neque eandem hac Authoritate et potestate privare valet. A principio enim non erat Collegium Minus, sed illud postea tota Universitas erexit, adeoque et toti Universitati Jus ad dictum Collegium competit, consequenter et Jus vocandi. Immo in antiquis Statutis Collegii Majoris non reperitur positive, quatenus habeat istam potestatem vocandi Professores ad Collegium Minus. quæ si opus fuerit, producentur. Neque possessione immemorabili se tutari valet, cum adfuerit, et adsit mala fides, nempe Scientia illa, quod in Collegium Minus Jus toti Universitati competat.

13tio. Læduntur Jura Collegii Juridici, quod non concurrat ad præsentationem Præpositi Capellæ S. Adalberti Cracoviæ sitæ, cum tamen Juspatronatus dictæ Capellæ competat et serviat toti Universitati, quemadmodum constat ex Litteris Incorporationis dictæ Capellæ per Petrum Wysch Episcopum Cracoviensem 1401. ipso die S. Viti ibi = = damus itaque, donemus, conferimus, adscribimus, adjungimus, et perpetuis temporibus incorporamus, ejusdem Studii Cracovien. S.tæ Theologiæ Professoribus, Doctoribus et Magistris ac Universitati Prebendam Capellæ S. Adalberti = Et ex alteris Litteris Incorporationis præfatæ Capellæ per eundem Petrum Wysch Episcopum jam de consensu Capituli subsecutæ 1404. Feriâ 2dâ post Dominicam

Exurge. quare, ibi = duas Prebendas in Capellis S. Adalberti et S. Magdalenæ incorporamus, unimus et annectimus per eosdem Magistros Doctores et Personas hujusmodi Universitatis ipsius dum et quando vacaverint, quomodolibet nanciscendas, possidendas & perpetuis temporibus obtinendas = Et ex Litteris Approbationis ejusmodi Incorporationis per Joannem XXIII. Papam de Datum Romæ apud S. Petrum 4to Calendas Octobris Pontificatus Anno 2do, qui electus fuit in Pontificem 1410 = ibi = = Prebendas & Capellas eidem Collegio Authoritate Apostolica in perpetuum unimus, annectimus, incorporamus. = Et ne dubium pariat hoc Verbum = Collegio = quod sinistre interpretati sunt Collegæ Majores, quasi illorum Collegio Juspatronatus sit incorporatum, statim Pontifex inferius explicat et dicit ibi = = quod nisi quinque Magistri et Doctores aut Licentiati vel Baccalaurei in Sacra Theologia aut Jure Canonico seu in Artibus Magistri actu legentes per ceteros Collegiatos Episcopo ad hujusmodi Canonicatus & Prebendas ac Capellas et Parochialem Ecclesiam, quotiescunque illas vacare contigerit presententur. = Ex quibus verbis Pontificis ita subsumitur: Sed ad Canonicatus Cracovien. Cathedrales, ad Parochialem in Luborzyca ad Capellam Stæ Mariæ Magdalenæ quæ Beneficia simul cum predicta Capella S. Adalberti per eundem Petrum Wysch Episcopum incorporata sunt Universitati, & per eundem S. m. Joannem XXIII ejusmodi incorporatio approbata.. Ergo sicut ad illa Beneficia tota Universitas presentat, cur hoc Jure presentandi etiam ad Capellam S. Adalberti spoliata est per Collegas Majores. Item probatur hocce ipsum per Acta Consistorii Cracoviensis quando Confraternitas Literatorum ex Ecclesia S. Barbaræ translata fuit ad Ecclesiam

S. Adalberti

S. Adalberti 1640. Lunæ 14ta Decembris ibi = Prima ut proprietas Ecclesiæ ejus Divi Adalberti et Juspatronatus sine ulla exceptione sit Universitatis, ut ex antiquo fuit, et omnimodam potestatem Universitas habeat; Præbendam in ea Ecclesia dandi & conferendi. = Et tamen Collegium Majus nescitur qua Authoritate usurpat sibi hocce Juspatronatus.

14to. Læduntur Jura Collegii Juridici per non deputationem unius de medio Professorum ejus in Notarium Actorum Rectoralium et Universitatis, quod est contra expressam obloquentiam Reformationis Dobrovieskianæ, quæ ita obloquitur. = De Notario Universitatis. Placuit Universitati propter Acta et Conclusiones Universitatis scribendas, Literas, et alia Universitatis negotia expedienda, unum semper deligi ex Professoribus Novorum Jurium aptiorem, qui laboribus ordinariis non sunt impediti, Notarium publicum Universitatis, qui jurabit Rectori, quod ipsi obediet, et ad quamlibet ejus Vocationem aderit, Universitatis honorem et statum procurabit, Secreta sibi per Rectorem et Universitatem injuncta celabit, et impertinentibus ad Officium suum Statuta Universitatis servabit. Ejus Officium erit tribus diebus in Septimana ordinarie ad Rectorem venire, pro iis horis, quas Rector ad judicia sibi exercenda elegerit, Acta coram Rectore fideliter conscribere, in Convocationibus Universitatis, quæ Rector legenda præceperit, legere, et Conclusiones Universitatis fideliter annotare etc. = Nam ad præsens semper Actorum Universitatis solet esse Decanus Facultatis Philosophicæ in nullo fundamento, cum prædicta Reformatio Universitatis per Dobrovieski facta aliter obloquatur, adquid ergo serviet

viet hæc Reformatio Dobrociesiana, si sui observantiam non habebit.

15to. Læduntur Iura Collegii Iuridici, quia quando occurrit electio Provisoris ad aliquod Contubernium, prætermittuntur Doctores Iuris, et per potentiam confertur Professoribus Theologiæ, uti et ad præsens factum est. Cum enim surrexit Doctor Iuris M. Andreas Lipiewicz optando sibi Provisoratum Contubernii Philosophorum, repulsus fuit per Theologos, Provisoratus vero dicti Contubernii collatus est M. Iosepho Decios protunc Sæ Theologiæ Professori. Quod est contra Conclusionem Universitatis 1556. die Iovis 25. Iunii Rectoratu M. Mathiæ Lacki U. I. Drñs latam, ibi = antiquæ tamen et laudabili consvetudini derogare nolentes, qua cautum est et inviolabiliter observatum, quamlibet Domum seu Bursam Universitatis esse in curam et provisionem unius ex Doctoribus committendam =.

Sunt et aliæ plurimæ læsiones, quæ partim ob labilem memoriam Antecessorum Nostrorum prætermissæ sunt, partim circa desideria explicabuntur.

16to Læduntur adhuc Iura Collegii Iuridici ac Facultatis ipsius per traditionem et explicationem Lectionis Iuridicæ in Collegio Majori Artistarum. Novum etenim quid et à tribus ultra Seculis inauditum accidit in Universitate Nostra, quia in præjudicium Facultatis Iuridicæ M. Ioannes Rygalski Phiæ Dr et Prfr ex suggestione ut ipse ingenue fassus est quorundam Doctorum Sæ Theologiæ attentavit legere Regulas Iuris in Collegio Majori in Collegio Aristotelis hora 6ta matutina, nulla Licentia ab Universitate tota habita, nec etiam a Decano Facultatis Iuridicæ examinatus investitus ac

ad Lecturam

ad Lecturam Lectionum Juris admissus, nec in Baccalau reum Juris formalisatus, abjecta de Philosophia anima quam in Facultate Philosophica acceperat Lectione. Ob quem finem citatus fuerat ad Curiam Suae Celsitudinis 1756. die Mercurii 1ma Mensis 9bris et in Termino advenienti ex inhibitione memoratus M. Joannes Rygalski per Decretum Suae Illrmae Celsitudinis nec per se nec per Procuratorem comparens, ab exercitio Sacrorum Ordinum Ministerio Altaris ad arbitrium suum Suspensus fuerat, et tanquam Professor inobediens, per hocce Decretum Cancellarii Universitatis ab absensu in quovis gradu Academico, tum voce activa et passiva ad triennium pariter Suspensus fuerat conservata in suo robore inhibitione. A quo quidem Decreto is idem M. Joannes Rygalski ad Tribunal Sae Nuntiaturae Apostolicae recursum fecit, verum et ibi ex incidentia termini ad idem Judicium Cancellarii Universitatis per Decretum Nuntiaturae dicte 1756 die Veneris 29. Mensis 8bris remissus fuerat, quatenus Illrmus et Rndissimus Cancellarius Universitatis una cum Rectore & Consiliariis Universitatis in hac causa procedat prout de Jure. A quo iterum Decreto appellavit ad Sanctissimum Dnum. Adveniente vero Vocatione ad Collegium Majus dicti M. Joannis Rygalski cum iterum Facultas Juridica inhibitionem ex Sacro Tribunali Nuntiaturae contra attentantes quomodi Vocationem exportaverit, in termino ex hac inhibitione provenienti iterum Decretum Tribunalis Sae Nuntiaturae 1757. die Veneris 4ta Mensis Februarii fuerat latum, quo mediante circumscripta fuit Vocatio illius et Causa iterum ut prius ad Cancellarium Universitatis pro cognitione remissa fuerat. Quare suppliat Facultas Juridica quam humillime Celsissimo Principi qua Cancellario Suo et Visitatori Apostolico-Regio quatenus Causa haec ad mentem Decreti Tribunalis Sae Nuntiaturae terminetur,

et ne in posterum in prejudicium Facultatis Juridicae col legium Majus similia attentare presumat, silentium perpetuum imponatur, digneturque cognoscere, utrum ex subsecuta sui Vocatione, tam assecutione ulterioris gradus in Universitate irregularitatem non incurrerit.

Quò ad 8vum

nempe ad ampliationem Facultatis Juridicae et Studii ejusdem quae desiderari pos sunt.

Ante omnia provideri debent opportuna media ad tollendam prepotentiam Collegii Majoris, ne una Facultas et respective Theologica predominetur alte ri nimirum sibi aequali et in omnibus Privilegiis, gratiis coaequatae Facultati Juridicae.

2do. Quoniam grande nocumentum patitur Facultas Juridica ex perpetua quasi Vacatione resi dentiae Professionis in Collegio suo ob continuum abscessum Professoris et Collegae Juridici ad regendam Academiam Posnanien. jugum hoc omnino excutiendum venit, ut etiam Collegae Majores vel Minores, aut alii extranei et praecipue in Studiis illius Academiae bene meriti assumantur ad hujusmodi Rectoratum premissa eorum promotione ad Professoratum Utriusq. Juris, per consvetum examen in Facultate Juridica ut ibidem Jurisprudentiam rite docere possint, salvo ipsis assensu ad quodcunque Collegium. Quoniam et ipsa Statuta per totam Universitatem dictae Co loniae Posnanien. condita et approbata, per expressum contineant in se, quod ex quocunque Collegio possit esse Rector illius Coloniae ibi — Pars prima de Clarissimo Directore. Statutum 1mum de tempo re electionis et discessu Clarissimi Directoris. Quan do quidem totius Familiae Status et Ordo mutare soleat, si quod requiritur in corpore non inveniatur in Capite. Can. Miramur. Distin. 61. ideo Uni

versitas

versitas providendo de Capite Coloniae suae Academiae Posna
nien. talem Directorem per electionem ex Pssribus Juris
aut etiam Majoris vel Minoris Collegiorum quolibet
triennio etc —.

3tio Pariter ad Coloniam Culmensem, Bialensem
et alias ubi Rectores requiruntur vel requirentur ad
docenda Jura, quatenus teneantur omnino promoveri
in Facultate Juridica ad Baccalaureatum sive al
tiorem alium in Jure gradum. Cum enim Professores
in Universitate assensum curantes scient se ad id ob.
strictos esse promptius & perfectius Jura perdiscent,
sique Publico Bono magis proficui erunt.

4to. Quando quidem mens pientissima fuerit Cel
sissimi olim Zaluski Eppi Crac. et Cancellarii Uni
versitatis, quatenus distinctus Pssr Juris Regni foret,
quod summopere Facultati necessarium est, gratia cu
jus Professoris fundandi idem Celsissimus Princeps
pro coemenda Domo Lapidea Collegio Juridico con
tigua, in qua commode is idem Pssr habitare posset,
6000 floren. Polon. dare et enumerare nobis digna
tus est, offerendo se insuper aliquod Beneficium pro
eodem Professore Facultati incorporatum, aut alio mo
do de subsistentia ejusdem Pssris provisum. ideo
Celsissimo Domino praesentaneo Visitatori enixissi
me supplicandum venit, ut haec pia intentio Zalu
sciana ad effectum deduci queat, quatenus nimirum
dicta Domus Lapidea subdole et per oblatum ma
jus pretium per Patres Soc. Jesu. hic ad S. Petrum
coempta rehabeatur, et dictus Professor modo quo
fieri potest meliori Facultati nostrae adaugeatur.

5to. Cum Theologica et Juridica ambae dun
taxat sint et ex aequo vocentur Facultates Superi
ores, sibi per omnia pares, optandum merito venit,
ut Utraque habeat Doctores numero aequales
et Utraque non plures quam Quatuor respective

Serveturque perpetuo alternativa in eligendis Rectoribus Universitatis et Procuratoris ejusdem ex Theologis et Iure Consultis; Utque Theologiae et Iuris Doctores habeant locum et praecedentiam interse, juxta Seriem et promotionem in Universitate pariter quoque & Professores Theologiae ac Iuris locum interse juxta idem Senium.

6to. Quatenus in Facultate Iuridica Doctores emeriti vg. per Octodecem et ultra annos laborantes continuo, Senio confecti vel gravi et incurabili infirmitate pressi, more aliarum Universitatum tam in Regno quam extra consistentium possint esse liberi à tradendis Lectionibus absque ulla laesione Beneficiorum Suorum quae possident, & praerogativarum quibus gaudent. In quorum locum substitui possent Seniores Scholarum vg. Ariensis et SS. OO. uti Collegio Iuridico propinquiores, attenta nihilominus eorum capacitate, quorum electio ut idonei assumantur et eorundem Baccalaureos Iuris creatio deberet praecise spectare ad Facultatem Iuridicam, salvo ipsis assensu, prout illis melius occurrerit, et salvo modo pro sustentatione ipsorum efficacius providendo.

7mo. Siquidem Facultas Iuridica censeatur esse optima et justa Suorum Subjectorum tam actu laborantium quam ad Professionem Iuridicam vocandorum Praemiatrix et Arbitra, proinde oportet eandem esse absolute liberam in adsciscendis sibi Professoribus sive intraneis sive extraneis ad Collegium Suum et Cathedram vocandis. Quo circa quem vel quos Professores occurrente Vacatione loci in Collegio suo aut Professionis suae dignum vel dignos assensu ad idem Collegium sive Professionem suam judicaverit, eumque vel eos Universitati commendaverit, hunc vel hos Universitas Sine ulla controversia et contradictione, adhaerendo tam Statuto Facultatis Iuridicae, et Collegii illius quam Conclu

Sionibus

sionibus Universitatis & antiquissimæ possessioni appro bare admittere provocatos aut vocatis declarare, eosque si forte extranei essent, suo gremio incorporare teneatur.

8vo. Pari ratione occurrente Vacatione Doctoratus quem vel quos eadem Facultas Juridica ex Senio et meritis dignum esse ut in Doctorem Utriusque Juris promoveatur, apud se concludet, et in Convocatione Universitatis inferet sine ullis dilationibus et oppositionibus pro legitime præsentato haberi et declarari debebit.

9no. Quoniam Universitas per Conclusionem suam Rectoratu M. Stanislai Filipowicz 1752. die 13. Martii subsecutam ita constituerat et ordinaverat, ut Romam mittendi Professores alternatim ex Theologis aut Juridicis sive aliis Facultatibus mittantur de triennio in triennium, standum esset Ordinationi ejusmodi, quæ hactenus locum non habuit quo ad Pfrem Juris ob præpotentiam Collegii Majoris, quamvis toties scripsissent Româ præsentaneus Illmus Zołędziowski ad Rectores Universitatis pro revocatorio sui absentiam verò dicti Professoris inhærendo Conclusioni præfatæ, Facultas Juridica curabit supplere per alium.

10mo. Plurimum expedit Universitati ut habeat subjecta in Utroque Jure versatissima, quæ ab ea sæpissime requirunt Illmi Regni Poloniæ et M.D. Lithvaniæ Episcopi pro Diœcesibus suis. Quare necesse est ad id obligari eandem, quod hactenus inconsulte negligebatur, quatenus fortiter alliciat Novellos Phil. Pfres ad serio addiscenda Jura spe præferibilitatis ad Ascensus, quando quidem & omnibus Collegiis ad manutentionem & vindicationem Jurium opportuni sint, et Rectores ac Notarii illorum in hac Scientia periti etiam in Collegio Majori Artistarum prærequirantur ad condigne peragendum Magistratum. Præterea præsubordinata hujusmodi subjecta et ad Varia subsellia tam Spiritualia quam Secularia provisa

& commendata facile gloriam et æstimationem ubique promovere et ampliare poterit. In reliquis vero si quæ ad ampliationem Facultatis Iuridicæ et Studii ejusdem desiderari queant, sensum suum subdit al tissimo Iudicio Celsissimi Principis Cancellarii sui et Visitatoris Apostolico-Regio Facultas Iuridica.

Quo ad onum

ut pote Mensa Communis Doctorum & Professorum in Collegio Iuridico an fuerit fundata et ad præsens an detur.

Verum quidem est quod inter Statuta Collegii Iuridici reperiantur Statuta videlicet 30mum, 31mum, 32dum, 33tium, 34tum ratione Mensæ Communis instituendæ et manutenendæ, et quidem ut Præpositus Collegii ex Censibus ad Mensam spectantibus, mensam communem quotidie idque diebus feriatis me dia duodecima jam vero diebus non feriatis hora Xma. Cœnam vero hyeme hora 6ta, æstate hora 7ma ha beri curet ita Statutum 30mum. Ut idem Præpo situs Professori hac die lectionem legenti, a Mensa vero absenti portionem eundem convenientem non de neget, quinimo in culina asservari invigilet ita Statu tum 31mum. Ut ad Mensam Benedictio et post Mensam Gratiarum actio fiat. ita Statutum 32dum. ut præscriptis diebus refectiones prævio Consensu O mnium Collegiatorum apponat ita Statutum 33tium, ut nullus Ipsorum plures quam unum Servitorem de Mensa Communi alendum fovere debeat, ita Statu tum 34tum.

Cæterum attenta exiguitate Censum pro Mensa Com muni ordinatorum ejusmodi Mensa Communis nul latenus subsistere potest. Cum enim Summa Omnium Censuum et Proventuum pro Mensa Communi conver tendorum ascendat tantum ad Summam Mille quin gentorum Sexaginta Octo floren. Hr. 1568. grossor Quatuor et dimidii. Jam vero ex hoc Censu Fa miliæ Domus videlicet Terciano et Coctrici pro

Septimanis

Septimanis et Salario cedunt quotannis floren 220. pro lignis culinæ plus vel minus floren 240. pro necessitatibus variis Culinæ plus minus floren 40. pro litis expensis plus minus floren. 130. Remanet solum pro Mensa quinque Professorum cum totidem Servitoribus floren 930. gross. 4½ qui ad manutenendam mensam Communem minime sufficiunt. Quare Visum est potius Communitati restantes Proventus inter Professores pro Mensa Communi dismembrare, et unusquisque obligatus est eandem sibi procurare, loco duntaxat, utilitatibus Culinæ, et Servitio Familiæ sibi libere reservatis.

Quo ad Tomum

videlicet Desideria ad reformationem futuram quæ Facultas Juridica et Collegium ejusdem habere potest.

In Contextu istius præsentis Legitimationis jam quædam perbelle innotuerant quænam Desideria Facultatis Juridicæ et Collegii ejusdem dari possint et valeant. Et ante omnia Facultas Juridica et Collegium ejus,

Imo. Desiderat ne in votando opprimatur pluralitate illa Votorum quasi Servilium. Cum enim Collegium Majus adstruat sibi quandam Authoritatem super Collegium Minus, quare aliquando Vota dantur præ timore, aliquando ob spem citioris ascensus. Et Facultas Juridica, Collegiumque suum, septem tantum Personis constans, facile à Numero 27. et quandoque plurium Personarum de Collegio Majori et Minori, non tangendo quidquam Doctores et Professores Facultatis Medicæ, in votis ac desideriis suis suffocari potest. Ad quem effectum obviando ejusmodi præpotentiæ Collegii Majoris, pernecessarium foret constituere ac determinare

nare modum votandi. Ut pote cum Facultas Juridica censeatur sanior Pars Universitatis, et Martinus Szyszkowski Episcopus Cracovien suo Decreto definivit ac determinavit, Collegium Majus et Minus, Medicos et Artistas constituere unum corpus seu Classem, et Domum JureConsultorum alterum corpus seu Classem Universitatis, unice ob hunc finem, ne Collegium Jure Consultorum ut Sententia Sua cavet Georgius Radziwill Cardinalis a Majori Parte Professorum Majoris Collegii prejudicium patiatur. ut supra. quo ad 7mum Nro 2do.

2do Desiderat, ut ad Vocationes Professorum sive ad Majus sive ad Minus Collegium concurrat. Cum enim vocantur Professores ad Collegium Juridicum, vocantur per totam Universitatem, quod etiam et in Facultate Medica practicatur, igitur equitati congruit, ut etiam ad alia Collegia vocentur Professores per totam Universitatem. Et si Collegium Juridicum coequatum est in omnibus Privilegiis, Gratiis & favoribus cum Collegio Majori juxta Privilegium Vladislai, itique equum erit, si Collegium Majus motu proprio et sponte sua vocat et eligit sibi Subjecta benevisa, quare etiam et Collegium Juridicum hac Authoritate privari debeat. An Facultas Theologica et Juridica non unius Matris Filie, an non utreque Superiores? de quo latius quo ad 7mum Nro 12.

3tio Desiderat, ut vocetur, intituletur, et scribatur = Collegium Majus JureConsultorum = Cum enim a principio conditie Universitatis hic terminus ly = Majus = nunquam usurpabatur, neque appropriabatur, sed tantum vocabatur = Collegium Artistarum, et Collegium Jure Consultorum, jam vero Successu temporis Collegium Majus ad distinctionem forsan Collegii Minoris hoc vocabulum ly = Majus = sibi usurpare et appropriare presumpsit, ut ad presens vocetur Collegium Majus Artistarum.

Cur et Col:

Cur et Collegium Juridicum ad distinctionem quoque Colle gii Minoris ex quo de Collegio Minori assumuntur et vocantur Subjecta ad Collegium Juridicum, jamque peramplius, non sunt Collegiae Minores, non debeat vocari ac intitulari Collegium Majus Jureconsultorum? Cui etiam favet per omnia coaequatio supradicta cum Collegio Majori. Et si quandoque scribitur per aliquem Professorem Juris in Quaestionibus aut aliis Disputationibus publicis Typo impressis = In Collegio Majori Jureconsultorum = Deum bonum! quantae aversiones, correptiones, et odia exoriuntur.

4to. Desiderat, ut manuteneatur circa vocationes Professorum ad Collegium suum, juxta Statuta Facultatis et Conclusiones Universitatis, ac antiquam praxim et consvetudinem, abstinereque velit Collegium Maius a violenta eidem Subjectorum impositione, conservetur que Facultas Juridica in Vocatione Professorum ad mentem Conclusionum Universitatis, et signanter 1714.

5to. Desiderat. Alternativam Officiorum et Functionum in Universitate, videlicet, quatenus Rector & Procurator Universitatis alternatim eligantur pro uno turno ex Collegio Majori Artistarum, pro altero turno ex Collegio Majori Jureconsultorum. Utque a tenuta Bonorum Universitatis non excludantur. Militat enim antiquissima possessio favore Collegii Juridici, ex quo ab initio Universitatis assumebantur Viri in Rectores & Procuratores Universitatis.

6to. Desiderat, ut in electione Rectoris ad mentem Reformationis Dobrocieskianae. Part. 1ma de electione Rectoris 2 modus eligendi Rectorem. Electores, tam inter primos, quam secundos, et tertios non sint certi, sed eligantur libere secundum Statutum. Jam vero in Electione Rectoris ad praesens practicari solita semper certus est Elector unus inter quinque, videlicet Decanus Facultatis Philosophicae, tandem & Procurator Universitatis. Ex quo plurimae oriuntur

factiones. Et quod attinet Personam Procuratoris Universitatis, cum ille juxta Statutum Universitatis debeat dirigere Actum Electionis Rectoris, utique de Jure non Elector, sed potius Director Actûs debet esse. Decanus quoque Facultatis Philosophicae, ut sit Elector Rectoris, inficias non it Facultas Juridica, sed quod semper inter quinque debeat esse Elector, hoc contra Statutum, adeoque emendatione indiget.

7mo. Desiderat ut ad mentem Reformationis Dobrocieskianae Notarius Universitatis et Rectoris semper sit Professor Juris. Ita enim per expressum habetur in dicta Reformatione Par. 1. de Notario Universitatis. ibi = Placuit Universitati propter Acta et Conclusiones Universitatis scribendas Literas et alia Universitatis negotia expedienda, unum semper deligi ex Professoribus Novorum Jurium aptiorem, Notarium publicum Universitatis. Cujus Officium erit tribus diebus in Septimana ordinarie ad Rectorem venire, pro iis horis, quas Rector ad Judicia sibi exercenda elegerit, Acta Coram Rectore fideliter conscribere, in Convocationibus Universitatis, quae Rector legenda praeceperit, legere, et Conclusiones Universitatis fideliter adnotare etc =.

8vo. Desiderat Alternativam Beneficiorum Universitati incorporatorum, qualia sunt duo Canonicatus Cathedrales Premysliens. Praepositura Vielicien. Premykovien. Korczynen. Proszovicen. Parochiales in Nakło, Nasiechowice, Altare Tituli SS. OO. in Ecclesia Cathedrali Crac. situm, habens annexam sibi Praedicaturam Festi Salvatoris et Beatae, tum aliorum incorporatorum et incorporandorum salva pacifica et non interrupta adusque possessione Alternativorum Beneficiorum nempe Praepositurae in Ecclesia Collegiata S. Annae, et Parochialis S. Nicolai extra muros Cracoviae. Cum enim toti Universitati sint incorporata et per Decretum Georgii Radziwiłł Cardinalis,

cautum

cautum sit, monendum esse Dominum Rectorem, ut interea de Alternata dicti Altaris inter se faciendo, nec non de aliis Juribus et Beneficiis, quae ad Collationem Universitatis Spectant, Convocationem faciat, ne in posterum ejusmodi Controversiae exoriantur, neve praejudicium Collegium Doctorum Jureconsultorum a Majori parte Professorum Majoris Collegii patiatur. Aequitati congruit, ut ad ejusmodi Beneficia Alternata inter Collegium Majus, Minus, Medicos et Artistas ex una, et Collegium Juridicum ex altera partibus servetur. Et quod attinet Beneficium Przemykovien refert se ad dicta quo ad 7mum No1. Quod Spectat ad Beneficium Korczynen et Prossovicen, habentur Conclusiones Universitatis. 1ma. Rectoratu M. Joannis Turbinii U. J. Dris 1569 die 16. Martii lata, in qua post Sublimationem ad Episcopatum et Sufraganeatum Pomanien. Stanislai Bedrinski electus fuit in Plebanum Prossovicen. M. Stanislaus de Radoszyce Collega Juridicus. 2da. Rectoratu M. Jacobi Gorski U. J. Dris 1569. die 3tia Augusti lata, in qua post resignationem Beneficii in antiqua Korczyn per eundem Jacobum Gorski U. J. Drem et Profrem electus fuit Plebanus in eadem Korczyn M. Martinus Clodavien S. Theologiae Profr. Quantum vero ad Vielicien et in Naklo, immediatus Possessor illorum fuerat M. Joannes Latassowski U. J. Dr et Profr. Quantum ad Altare Tituli SS. OO. in Ecclesia Cathedr. Crac. dictum Decretum Georgii Radziwill Cardinalis censet monendum esse Rectorem, ut de Alternata dicti Altaris Convocationem faciat, ne Collegium Juridicum praejudicium patiatur. Et in Visitatione Zadzikoviana ita habetur = Praesentare autem ad hoc Altare tenetur Universitas unum ex Magistris sive Doctoribus, quod pronum Alternativa variari consuevit, nam pro una vice ex Doctoribus Theologis, et pro altera ex Doctoribus Juridicis unus praesentatur. =

9no Desiderat Vocem Activam et Passivam ad Ecclesiam Collegiatam S. Floriani seu Beneficia illius. Haec Beneficia in Ecclesia Collegiata S. Floriani nempe Canonicatus, Praepositura, Decanatus, et Custodia, tum tres Cancellariatus ab antiquissimo tempore in dubium vocantur, magnaeque Controversiae et lites occurrente vacatione eorundem Collegium Majus Artistarum inter et Collegium Majus Jureconsultorum excitantur. Quare gratiâ sopiendarum litium placuit huic Facultati Juridicae enixissime et humillime supplicare Celsissimo Principi, Cancellario suo ac Visitatori Apostolico=Regio desiderium hocce suum Juribus ac possessione firmare et explanare.

In Privilegio Donationis et Incorporationis per Vladislaum Regem trium Cancellariarum, et reliquorum Canonicatuum sive Praebendarum, excepta Praepositura et Custodiâ, ita habetur = Studium in Theologia seu Sacrae Scripturae, Juris Canonici, Physicae, Legum, et Artium Liberalium Facultatibus erigendum duximus. = = Et infra = Studium praedictum Universitati Crac. infrascriptorum Stipendiis et incorporationibus Beneficiorum dignum duximus consolandum = Et infra = Damus itaque donamus, conferimus, adscribimus, adjungimus, et incorporamus ejusdem Studii Generalis Cracoviensis S. Theologiae Professoribus Doctoribus et Magistris ac Universitati Cancellarias Nostras Regales tres, nec non omnes et singulas Dignitates, Canonicatus et Praebendas Ecclesiae S. Floriani = =. Ex quo Privilegio patet dicta Beneficia esse Universitati incorporata. Item ex Litteris Confirmationis dictae Incorporationis Beneficiorum S. Floriani per Joannem XXIII. Papam. ibi = Et etiam Juspatronatus quod tunc similiter ad ipsum Regem pertinebat, Universitati praedictae Regia liberalitate donavit. =

Colligitur id ipsum ex Institutionibus ad ejusmodi

Beneficia

Beneficia. Et quidem.

1514. die 18. Xbris. Ad Canonicatum S. Floriani institutus est M. Michael Parisiensis ad praesentationem Rectoris &. Ex Actis Joannis Konarski Episcopi Cracovien.

1515 die 24 Martii. Ad Canonicatum S. Floriani institutus est V. Michael de Olszna ad praesentationem Rectoris et Doctorum ac Magistrorum Collegii Majoris Artistarum. Ex Actis Ejusdem

1515 die 9. Martii ad Decanatum S. Floriani institutus est M. Stanislaus Biel ad praesentationem Rectoris, Doctorum et Magistrorum Universitatis Crac. Collegii Artistarum. Ex Actis ejusdem.

1515 die 30. Martii ad Custodiam S. Floriani institutus est V. Bernardus de Cracovia, ad praesentationem Rectoris, et Doctorum et Magistrorum Collegii Artistarum. Ex Actis Ejusd

1520. die 4. Februarij ad Canonicatum S. Floriani institutus est V. Martinus Ilcusiensis ad praesentationem Rectoris Doctorumque et Magistrorum Collegiatorum Majoris Collegii. Ex Actis Ejusdem.

1520. die 24. Januarii ad Custodiam S. Floriani institutus est V. Nicolaus de Cracovia ad praesentationem Rectoris Doctorumque et Magistrorum Collegiatorum Majoris Collegii ex Actis Ejusdem.

1540. die 9. 9bris. ad Canonicatum S. Floriani institutus est V. Antonius a Napachanie ad praesentationem Rectoris, caeterorumque Doctorum ac Magistrorum Ejusdem Universitatis dicti Canonicatus Patronorum. Ex Actis Petri de Gamratis.

1541. die 7. Martii ad Custodiam S. Floriani institutus V. Nicolaus Schadek ad praesen:

tationem Rectoris Doctorum et Magistrorum Universitatis.
1552. Die 23. Julii Ad Custodiam S. Floriani institutus est V. Martinus a Cracovia ad praesentationem Rectoris necnon Doctorum et Magistrorum Majoris Collegii. Ex Actis Gatkowski.
1561. die 9. 7bris Ad Canonicatum S. Floriani institutus est V. Petrus de Varsavia ad praesentationem Rectoris, Doctorum Universitatis, et Magistrorum Collegii Majoris. Ex Actis Przecławski.
1575. die 28. 9bris Ad Canonicatum S. Floriani institutus est M. Stanislaus Socolovius ad praesentationem Rectoris Doctorum et Magistrorum Omnium Facultatum, totius Universitatis. Ex Actis Zbinski.
1693. die 6. Maji Ad Custodiam S. Floriani institutus est M. Przewoski ad praesentationem Rectoris. Ex Actis Matachowski.
1710. die 12. 7bris Ad Decanatum institutus est M. Sigismundus Lisowicz ad praesentationem Almae Universitatis.

Ex quibus Institutionibus satis constat Beneficia in Collegiata S. Floriani esse Jurispatronatus totius Universitatis. Et quamvis in aliquibus Institutionibus addantur haec Verba = ad praesentationem Rectoris Doctorum et Magistrorum Collegiatorum Majoris Collegii Collatorum et Patronorum = ejusmodi tamen verba non infringunt Juspatronatus Universitatis totius, ast intelligenda et sumenda sunt pro tota Universitate omnium Facultatum. Patet id ex Institutione ad Canonicatum Cathedralem Cracoviensem M. Stanislai Biel Sae Theologiae Prsis 1520 die 7. Januarii subsecuta, qui institutus fuit = ad praesentationem Rectoris Doctorum et Magistrorum Collegiatorum Majoris Collegii Almae Universitatis Collatorum et Patronorum eorundem Canonicatus et Praebendae = nullus tamen dicit Juspatronatus

natus Canonicatus Cathedralis Cracovien. ad Collegium Majus pertinere, verum ad totam Universitatem spectare. Quare ejusmodi Iurepatronatus Collegium Iuridicum nequit privari.

Colligitur id ipsum, quia Universitas tota disponebat de Beneficiis et Canonicatibus S. Floriani. Prout disposuit, quando reservavit regressum ad Prebendam in Ecclesia S. Floriani M. Petro de Zambrec 1494 die Lunae 15 9bris. Rectoratu M. Ioannis Sarrani de Oswięcim. Prout disposuit dum conclusit 1515 die 3. Mensis Martii M. Andreae Gorra de Mikolaiow Rectoratu Decretorum Dris ut nulli absenti aliquod Beneficium conferretur, nisi his, qui continuo resident et laborant in hac Universitate.

Quod autem in dicta Ecclesia Collegiata S. Floriani non tantum Theologi, sed etiam alterius Facultatis Professores vg Iuridicae, Medicae, et Philosophicae possint Beneficia possidere. Deducitur.

Imo Ex Libro Beneficiorum Ecclesiae Collegiatae S. Floriani ibi = Universis autem Magistris et Doctoribus ad Ecclesiam S. Floriani sive ad prisca sive ad nova Beneficia promotis et promovendis ingeritur necessitas, ut in ea Facultate ad quam promoti fuerint diligenti Studio Lectiones ad quas obligantur, expleant =

2do. Ex Statuto antiquo Universitatis folio 19. De Laboribus Promotorum ad S. Florianum. ibi = Caeterum si quis ex Collegiatis Simplex Magister Artium aut cum hoc Baccalaureus in Iure Canonico ad dictam Ecclesiam promotus fuerit, nihilominus laborare teneatur duos Actus in Artibus more aliorum Collegiatorum. =

3tio. Ex possessione antiquissima. Etquidem Favore Facultatis Iuridicae ex Privilegio Vladislai de Actum in Nova Civitate in Festino S. Petri ad vincula 1403. Scribitur. Nicolaus de Gorzkow Decretorum Doctor, Decanus S. Floriani.

In Litteris Venditionis Domus Warchołowska di-
ctae pro Bursa Juristarum 1480 Scribitur Mathias
de Kobylino Decretorum Doctor, Decanus S. Floriani.
In Actis Constitutionum Universitatis 1441. M.
Joannes Puscha de Cracovia Decretor. Doctor Canoni-
cus Cracov. Simul et Cancellarius Posnanien. in Eccle-
sia S. Floriani annotatur.
In Libro Beneficiorum Ecclesiae S. Floriani Sta-
nislaus de Scarbimiria Decretorum Doctor scribitur
Canonicus S. Floriani.
In Actis Terrestribus Cracovien. Fa 2da post Fm.
SS. Simonis et Judae 1442. scribitur Nicolaum Ko-
złowski, Laurentium de Raibor, Joannem Puscha
de Cracovia, Bartholomeum de Radom, Paulum
Pieszkowski fuisse Magistros Artium Collegiatos Ju-
ristarum Collegii in Cracovia, Canonicos ejusdem Ec-
clesiae Collegiatae S. Floriani in Kleparz.
In Actis Universitatis fol. 11. 1469 annotatur
Arnolphus de Mirzenicz Decretorum Doctor simul
et Canonicus S. Floriani.
In iisdem Actis 1464. M. Joannes de Dambro-
wka Decretorum Doctor scribitur simul et Canoni-
cus S. Floriani.
In Actis Jacobi de Cruszow Officialis Crac.
1510 Martinus de Cracovia Decretorum Doctor
scribitur simul Decanus S. Floriani.
Favore Facultatis Medicae In Actis Universi-
tatis fol. 26 Stanislaus de Cracovia Licentiatus in
Medicinis scribitur et Canonicus S. Floriani.
In Actis Joannis de Rzeszow 1473. Jacobus
de Boxycze Licentiatus in Medicinis institutus est
ad Canonicatum S. Floriani, qui tandem fuit Can-
cellarius Posnanien. in eadem Collegiata S. Floria-
ni ad praesentationem Universitatis. Ut constat
ex Actis Universitatis fol. 14.
In Visitatione Radziviliana 1595. Petrus Ko-
vaeus

vacius fuisse Canonicus S. Floriani

In Libro Conclusionum Collegii Majoris legitur 1701. Cantoriam S. Floriani collatam fuisse Clmo Rogozowicz Medicinae Doctori et 1639 Joannem Bruscium Medicinae Doctorem resignasse Canonicatum S. Floriani.

Favore Facultatis Philosophicae In Actis Joannis de Schebnia Vicarii Gntis Crac. Scribitur Petrum de Zambrzec, Martinum de Cracovia Magistros in Artibus fuisse Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Floriani in Kleparz 1493.

In Actis Petri de Camratis 1540. Michael de Wislica Artium Liberalium Magister institutus est ad Canonicatum S. Floriani.

In Actis iisdem Valentinus de Rawa Magister in Artibus Scribitur institutus esse ad Canonicatum S. Floriani 1543.

Anno eodem Joannes Kochman de Cracovia fuit Artium Liberalium Magister, Simul Canonicus S. Floriani.

In Actis Gatkowski 1552. Martinus à Cracovia Artium Magister fuit institutus ad Custodiam S. Floriani.

In Actis Terminarii Notariatus Apostolici Ao. 1670 Jacobus Baltazarowicz Philosophiae Doctor annotatur Simul et Canonicus S. Floriani.

In iisdem Actis Terminarii 1694. Basilius Ptaszczewski Regius Professor Scribitur fuisse Canonicus S. Floriani.

Quinimo ipsa Universitas per Conclusionem suam 1550. Rectoratu Jacobi à Kleparz ita ratione laborum favore Facultatis Philosophicae decrevit, ibi = ut deinceps Collegae Regales, et qui ad duos Actus obligantur, ut Canonici S. Floriani in artibus laborantes Singuli Singulas Lectiones Aristotelicas profiteantur.

Sed si Ordinationem Laborum de Canonicis S.

Floriani 1444. die 10. Mensis Junii in Convocatione Universitatis Rectoratu M. Jacobi de Zaborow Decretorum Doctoris factam serius inspexerimus, manifeste patebit Collegas Juridicos et posse et debere esse Beneficiatos in Ecclesia Collegiata S. Floriani. Sic etenim ibi Ordinatum est = Promotus ad Ecclesiam S. Floriani tenetur laborare per duos Actus in Artibus, nisi se ad altiorem Facultatem applicaverit. Et quidem si ad Canonicam Facultatem se applicaverit, cum dispensatione poterit in eadem laborare. Si autem Theologicam sine omni dispensatione per unum Actum laborabit =

Plura adhuc favore sui Facultas Juridica posset adducere documenta, interim haec pauca Altissimo Judicio et Clementiae Celsissimi Principis praesentanei Visitatoris Apostolico-Regii subdit, ex his satis luculenter apparet, qualiter Professores Facultatis Juridicae per Facultatem Theologicam remoti & repulsi sunt a Voce Activa et Passiva Beneficiorum ejusmodi. Unum adhuc superaddit Facultas Juridica, quod cum in Personam p. m. Celsissimi Principis Załuski emanatum fuerat Breve ad Visitandam Collegiatam S. Floriani, in illo Brevi per expressum. S. m. Benedictus XIV. demandavit eidem, quatenus ad dictam Collegiatam tres, et adminimum duos Doctores Juris inducat, quod Facultas Theologica negare nequit, cum Originale istius Brevis haereat apud Rectorem.

XIImo Desiderat. Quatenus Proprietas Villae Poszczyn, quam sibi Collegium Majus Artistarum usurpat, redeat ad totam Universitatem, quemadmodum ex Natura sua & originaliter totius Universitatis haereditaria fuerat, Quod Synoptice ita reducitur. Beata Relicta Domini Demetrii de Poray Mareschalci Regni Poloniae Consors

donavit

donavit Partem suam Hæreditatis Villæ Proszczyn Magistris Collegii Universitatis Studii Cracoviensis. Quæ enuntiativa significat idem ac si Magistris totius Universitatis. Vocabulum enim hoc = Collegium = semper significat totam Universitatem, & semper fuit iste stylus Universitatem vocare Collegium. Prout id liquet ex Statuto Regni Poloniæ Polonico Idiomate conscripto Authore Joanne Herburto. v. O Sławney Akademii Krakowskiey fol. 380. ibi = za przystoyną się Nam rzecz zdało Kollegium mianowane, obrać, postanowić, zasadzić, ordynować, y erygować = Quod idem Urbanum V. Pontificem intellexisse scribitur in dicto Statuto fol. 381. ibi = Zas w Krakowie Kollegium Nauk wszystkich poczciwych fundował =. Colligitur id ipsum ex Confirmatione Incorporationis Beneficiorum Universitati per Joannem XXIII. Pontificem ibi = Quos Canonicatus & Præbendas Ecclesiæ Cracoviensis . . . nec non Sancti Adalberti & Sanctæ Mariæ Magdalenæ Capellas . . . & Parochialem in Luborzyca . . . eidem Collegio . . . unire annectere & incorporare de benignitate Apostolica dignaremur = Item ex Incorporatione Præpositura Sancti Floriani cum Jure Patronatus per Sigismundum Augustum Regem Poloniæ 1570. Fer. 6ta post Festum Immaculatæ Conceptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, subsecuta, ibi = Eidem Collegio Cracoviensi Præposituram S. Floriani in Civitate Nostra Clepardien. consistentem una cum Jure Patronatus Nostro Regio ejusdem Præpositura conferendam, ac eidem Collegio incorporandam, uniendam, inviscerandam, duximus = Et infra ibi = In cujus Præpositura reditibus percipiendis a Nemine . . . Collegium præfatum impediri debebit = Et infra ibi = Proventus vero ejusdem Præpositura . . . Collegium præfatum pro se tollet = Quam quidem mentem

Antecessoris sui Stephanus Rex in Privilegio Confirmationis ejusdem Incorporationis Juris Patronatus dictæ Præpositure S. Floriani clarissime explicuit. ibi = Ut donationem Incorporationem Juris Patronatus Nostri Regii ad Præposituram Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani . . eidem Universitati . . . confirmare dignaremur. = Et infra, ibi = eandem Præposituram Ecclesiæ Collegiatæ S. Floriani in Kleparz cum Jure Patronatus denuo eidem Universitati Nostræ Cracovien. incorporamus & invisceramus = Item ex Volum. Leg. 1590. fol ~~500. tit.~~

Inkorporacya Probostwa. ibi = Władzą Seymu tego za Zezwoleniem Wszech Stanow utwierdzamy Jus Patronatus Nasze, ktore by Nam należało wiecznemi czasy na Kollegium pomienione wlewaiąc = Item ex Actis Petri Tomicki Episcopi Cracovien. qui mediante Sententia Sua 1527. die 1ma Mensis Februarii decrevit, quatenus Prælati & Canonici S. Floriani eligant sibi Prædicatorem Virum probum, sive de Gremio Suo Capitulari, sive de Collegio Universitatis Studii Cracovien. Item ex Conclusione Universitatis 1538. die Ultima Junii Rectoratu Gregorii Szamotulini subsecuta. In qua quidem Convocatione Universitatis dum ageretur de Censu undecim Marcarum pro quingenti Aureis per olim Magnificum Predborium Koniecpolski Collegio Universitati empto, num ejusmodi Census deberet converti in Usum pro Domo Majori Artistarum, an pro Fisco Universitati, ex quo in Testamento legatus sit per hæc Verba = Item lego pro Collegio Universitatis Quingentos Aureos = Rector habito mutuo Consensu cum Dominis Canonistis Nomine totius Universitatis donavit Liberaliter hunc Censum per dictam Majorem Domum perpetuo possidendum.

Quoque Rector, Doctores, Magistri, totaque Universitas

Universitas prænominatæ Villæ Bossczyn sunt Hæredes, deducitur id extractis Processibus ex Actis Terrestribus Prossoviensibus desumptis. Et quidem 1603. Feria 2da post Festum S.tæ Hedvigis proxima 1604. Feria 2da post Dominicam Reminiscere 1605. Feria 2da post Dominicam Reminiscere proxima 1621. Feria 2da post Dominicam Reminiscere.

Quinimo ipsæ Conclusiones Universitatis enuntiant totam Universitatem esse Hæredem Villæ Boszczyn. Cujus quidem habetur Conclusio Universitatis 1441. die 6ta Mensis 8bris. tenoris Sequentis = In Convocatione Reformatorum Universitatis ordinatum est, quod Villa Boszczyn, alias precario concessa Collegiatis Collegii Artistarum, pro eo, quod per eosdem Collegiatos non bene disponitur, & gubernatur, redeat ad Universitatem, & per eandem disponatur et regatur = Successive vero eandem Villam Suam Hæreditariam invadiavit Universitas 1467. prout colligitur ex Conclusione Universitatis Anni Ejusdem de Mense Junio facta.

Verum quidem est, quod Collegiati Collegii Artistarum ostendent certam partem Hæreditatis dictæ Villæ Boszczyn pro Suo Collegio Artistarum emptam fuisse 1446. Volentes deducere sibi ejusdem Partis Villæ, quæ Universitati fuit per Beatam donata, hæreditatem competere: vel Saltem Suam partem emptam, esse cum Parte Universitati donata junctam, & cohærentem? Sed Respondetur Negando Utrumque. Quia Pars Villæ Boszczyn donata per Beatam fuit 1415. ac tandem eandem Partem (: ut dictum Supra :) rehabuit Universitas a Collegio Majori Artistarum titulo precario possessam 1441. Collegium Vero Majus Artistarum acquisivit modo = primum Partem ejusdem Villæ Boszczyn 1446. Et quod maximum, quia Collegiati Collegii Majoris

Artistarum ex Decreto Terrestri Prossoviensi debuerunt red
dere seu retrovendere quod colligitur ex Actis Terrestribus
Prossoviensibus Feria 6ta proxima post Festum Epipha
niæ 1440.
Neque Collegiati Collegii Majoris Artistarum queunt
allegare aliquam donationem favore sui per Universita
tem successisse; Ex rationibus 1mo quia dicta Dona
tio actu non producitur, sed solum præsumitur intercessisse;
præsumptio vero talis non induit plenam proba
tionem. 2do Quod Donatio ejusmodi succedere non
potuit, quia est alienativa Iuris Universitatis. Rector
enim & Doctores nequeunt alienare, quod est Univer
sum. 3tio quia ad donationem rei immobilis Univer
sitatis requiritur Consensus Singulorum de Universitate,
quia in præsumptiva hac Donatione Villæ Proszczyn
non producitur. Quod totum Altissimo Iudicio
Suæ Illustrissimæ Celsitudinis subjicit Facultas Ju
ridica.
IImo. Desiderat. Quatenus Lapidea cum Typogra
phia in Platea S. Floriani Cracoviæ civiliter sita
olim Stanislai Piotrkowczyk hæreditaria, quam sibi
Collegium Majus Artistarum nullo Iure appropriavit,
& in Usus suos convertit, redeat ad totam Universi
tatem. Lapidea enim hæc cum Typographia per di
ctum Stanislaum Piotrkowczyk cessa & donata est Re
ctori, totique Universitati Cracoviensi. Quemadmodum
colligitur ex Donatione ejusdem Lapideæ de Actum
in Prætorio Casimiriensi Feria Tertia ante Festum
Purificationis Beatissimæ M. V. proxima 1674. ibi =
Magnifico Almæ Academiæ Cracovien. Rectori, to
tique Universitati Cracovien. nunc & pro tempore
existentibus, Succedaneisque ipsorum contulit, dedit,
et in perpetuum donavit, prout &c. = Patet id et ex
Privilegio Ioannis III. Regis Poloniæ approbato
rio dictam

rio dictam Typographiam favore totius Universitatis per oblatam ad Acta Castrensia Cracoviensia Sabbatho ante Festum Sta Priscæ proximo 1730. porrectu, ibi= Expositumque Nobis esset, eundem olim Generosum Stanislaum Piotrkowczyk: . . Typographiam Suam . . . hic Cracoviæ in Lapidea Magnifico pro tunc Almæ Academiæ Cracovien. Rectori ac toti Universitati Cracoviensi vendidisse= Et infra ibi= dictosq Magnificos Rectorem et totam Universitatem Cracoviæ prænominati olim Generosi Piotrkowczyk Cessionarios Successores & Juris Ipsius Acquisitores & Possessores circa idem Jus privilegium impressionis supra specificatorum Librorum . . . conservandum & manutenendum esse duximus=

Habeturque Possessio, quod quando aliquid imprimebatur in dicta Typographia, addebantur in calce tituli ejusmodi Verba= Cracoviæ Typis Universitatis= Quod ante aliquot Annos Collegium Majus Artistarum vetuit addere, ast solummodo in præsentiarum adduntur usurpative hæc Verba= Cracoviæ Typis Collegii Majoris= Contra quod, ac simul contra alienationem particulæ fundi dictæ Lapideæ in sua Universitate per Collegium Majus Artistarum interposuit Coram Legali Manifestationem M. Casimirus Jarmundowicz 1740. die 4ta Mensis Junii. Et cum Successive Subreptitie obtinuerat sibi quoddam Privilegium à p.m. Augusto III. Rege Poloniæ Collegium Majus Artistarum per Ablegatos ad Comitia Regni, accepta prima notitia Collegium Juridicum in Convocatione Universitatis de ejusmodi Subreptitio Privilegio præcommisisit per Conclusionem suam interponere coram Legali Manifestationem contra ejusmodi illicitum progressum, prout & interposuit

fuit is idem M. Casimirus Jarmundowicz U. J. Dr pro tunc Cancellarius et Decanus Facultatis Juridicae.
Restat itaque ut quemadmodum inique Collegium Majus possidet Bona Villae Boszczyn, et dictam Lapideam cum Typographia, ita etiam de Perceptis et Expensis calculum faciat, & fructus Universitati restituat, Possessor enim malae fidei, fructus suos non facit.
12mo Desiderat Collegium Juridicum, ut puncta ad Decretum Reformationis duorum Ministeriorum Altaris tit: S. Bartholomaei in Ecclesia Cathedrali Cracovien. sub tempus Visitationis dicti Altaris per Illustrissimum & Reverendissimum Dnum Josephum Gorzewski pro tunc Canonicum Cathedralem Cracovien. Visitatorem Delegatum data, Collegium Majus Artistarum ad executionem deducat. Quae Puncta sunt ejusmodi. 1mo Patroni ejusdem Altaris nempe Rector, Doctores, Magistri, totaque Universitas adigatur ad producendas Erectiones, Jura, Privilegia, quo ad utraque Ministeria servientia, siquidem nec in Trzebiciana, Lubieniana, et praesenti Visitatione non sunt producta, & nemo eorum comparuit. 2do Doceant de Praesentationibus tum Institutionibus ad haec duo Ministeria, & quinam sunt dictorum Ministeriorum Possessores, & qua Authoritate fructus percipiunt. 3tio Quoniam Utriusque Ministerii Officia a longo tempore intermissa sunt, nec adusque ad mentem Erectionum adimplentur, ideo ut ex fructibus Bonorum Trątnowice pro Annis retroactis pro Missae Sacrificiis in refrigerium Animarum Fundatorum fiant Satisfactiones, excutiendi sunt Possessores eorundem Bonorum. 4to De proventibus Bonorum Villae dotalis praedicti Altaris seria et accurata fiat inquisitio, quanti annuatim perveniant. 5to Alienativi Contractus, si reperti fuerint esse tales omnino sunt rescindendi, ad quem finem adstringendi Patroni, ut eosdem Contractus in Originalibus suis producant,

et quid sint

& quod sint cum omnibus solemnitatibus Juris facti doceant.
6to Quoniam primi Ministerii Altarista est gravatus in abstractione dotis suæ Villæ nimirum Trąpnowice, ut ad præsens nonnisi florenos duodecem in Annum percipiat, ideo ex Vi et motivo enormissimæ læsionis, debet unio illa disuniri, quod etiam cautum & prædictum est in Contractu Unionis ibi —. Ut si aliquando Altarista primi Ministerii læsus fuerit in dote sua improportionata, liber habeatur regressus ad medietatem Villæ Trąpnowice sui Altaris dotalem. 7mo Applicatio ejusdem Villæ ad Mensam Collegii Majoris utrum facta fuerit legaliter et cum Solemnitate Juris, et sine alterius cujuspiam præjudicio omnino revidenda & examinanda, et num super eo habeatur Beneplacitum Apostolicum. 8vo Inoneratio Bonorum Altaris dotalium in florenis quadraginta annuatim per M. Stanislaum Curelo viensem utrum Subsistat de Jure, restat discutiendum. 9no. Adhærendo Decretis Reformationis Visitationis Trzebicianæ dicta Ministeria ad priorem Statum redigantur, opportunum est, quod erit cum majori tam Studii augmento, quam exactiori obligationum expletione. 10mo Denique quia non constat de Altaristis, utrum sint, necesse est, ne mens Fundatorum fraudetur, ut Authoritate Ordinaria de illis provideatur.

Jus Patronatus etenim prædicti Altaris competit toti Universitati, & Collegium Majus illud sibi usurpat, Possessoresque ejusdem Altaris erant non tantum de Collegio Majori, sed etiam de Collegio Juridico, tum Medicinæ Doctores, tum denique Collegæ Minores.

13tio Desiderat Collegium Juridicum, quatenus Altaria in Capella Szafranciorum in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi fundata, ac Professoribus Juris Civilis Canonici et Civilis incorporata possint esse manualia et sine Institutione. Cum enim alia sit dos pro Professore Juris Canonici, alia pro Professore Juris Civilis, Professoresque prædicti de Anno in Annum mutentur,

,adeo, ut qui uno Anno legit Ius Civile, sequenti Anno legat Ius Canonicum, & viceversa, necesse est, et ipsas dotes mutari, quod fieri nequiret, si instituti forent ad ejusmodi Altaria.

14to Desiderat, quinimo enixissime supplicat Celsissimo Principi, Visitatori suo Collegium Juridicum, quatenus possit obtinere restrictionem Missarum et obligationum Beneficiis sibi incorporatis, ex quo Census ex Fundationibus provenientes alii non percipiuntur, alii per medium tantum penduntur, obligationibus autem nisi adsit dispensatio, in toto satisfieri debet.

15to. Desiderat Collegium Juridicum, quatenus Universitas reparet Ecclesiam Parochialem in Luborzyca, ac eidem annexas Domos Plebanalem et Vicariorum tum ut quoque Vicariis ejusdem Ecclesiae de Salariis provideat. Pro qua reparatione nec non Salariatione Vicariorum habet sibi applicatas tres Decimas Manipulares proprias dictae Ecclesiae, videlicet in Zastow, in Pietrzeiowice & Maciciowice. Ratione cujus neglectae reparationis ac Salariationis Vicariorum a plurimis Annis est intentata Actio Universitati per Plebanos Luborzycienses in Consistorio Generali Cracov. et Procurator Universitatis per Antecedaneos Plebanos Luborzycen toties requisitus renuit prorsus tam ruinis Ecclesiae quam Domus Plebanalis & Vicariorum succurrere.

Probando vero et deducendo, quod Universitas debeat reparare Ecclesiam in Luborzyca ac Domus eidem annexas Plebanalem nempe & Vicariorum, tum Vicarios salariare. Adducitur 1mo Ordinatio Alberti Jastrzembiec Eppi Cracovien Delegati Apostolici duorum Canonicatuum Ecclesiae Cathedralis Cracovien et Parochialis in Luborzyca, in qua Ordinatione per per expressum habetur, ut Universitas salariet Vicarios ibi= exceptis oblationibus Testamentariis, et provisione duorum Vicariorum, quos Universitas faciat contentos= Et quamvis haec Ordinatio non contineat

in se

in se expressam mentionem reparationis dictæ Ecclesiæ præ
sumitur tamen præsumptione Juris et de Jure, quod non
in alium finem Albertus Jastrzembiec præfatas Decimas
in Zastow, Pietrzeiowice & Maciciowice voluerit Uni
versitati applicare, tantum in commodum & utilitatem
reparationis Ecclesiæ ac aliarum ejus necessitatum,
quia aliter secundum præscriptum Juris dictæ Decimæ
alienari non poterant. Et par est ratio, si secundum
hanc Ordinationem a Canonicatibus Fundorum Kar
niow et Wronin Universitati sunt applicatæ Decimæ
in Lekowice et Klimontow, & Universitatis vigore
ejusmodi Applicationis Decimarum Residentias Ca
nonicorum reparat, licet in Ordinatione Jastrzembcia
na nulla pariter fiat mentio ejusmodi reparationis,
quare & reparationem Ecclesiæ Luborzyciensis ac Do
morum, eidem annexarum non debeat sustinere.
Ad ejusmodi enim reparationem dictæ Parochialis in
Luborzyca ac eidem annexarum Domorum obstrinxit se
Universitas Statuto suo antiquo, quod est insertum Li
bro Statutorum Antiquorum Universitati fol. 36to
estque tenoris sequentis = Ad providendum de bono
regimine Ecclesiæ in Luborzyca, et succurrendum da
mnis et negligentiis, quæ hactenus tam in ædificiis
quam in rebus dictæ Ecclesiæ contingebant. Statui
mus & ordinamus, quod Procurator Universitatis
singulis Annis adminus bina vice ad dictam Ecclesiam
personaliter descendat, et dictæ Ecclesiæ ædificia atten
tius conspiciat, & quæ reformanda fuerint, in tempore
reformet: res quoque ejusdem, videlicet Libros, Calices,
Cruces & vestimenta revideat, et ad rationem ponat.
Verum quia nec per hunc modum omnibus opportu
ne poterit consuli, ordinamus, quod Rector dictæ
Ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, et qui sæpius pro de
bito curæ sibi commissæ ad dictam Ecclesiam veni
re et accedere debet et tenetur, minimas seu parvas
indigentias diligentia etiam sua supportet, et refor
met

met, & quidquid de proprio pro reparandi hujusmodi ne cessitatibus exposuerit, Procuratori Universitati exponat, ipseque Procurator hujusmodi exposita sine mora per solvat cum effectu. Hic etiam inseratur Ordinatio facta super Decima data Rectori pro exsolvendo Salario Magistro Scholarum, comparando Vino & lumini bus dictæ Ecclesiæ = Hucusque Verba Statuti.
Petitorio ita deducto probatur possessorium ab imme morabili, qualiter Universitas reparationem dictæ Parochialis in Luborzyca supportabat. Et quidem an tiquis Regestris Procuratorum Universitatis 1460 Pro ædificiis et reparatione Ecclesiæ in Luborzyca tres Marcæ cum media, quatuor grossi et quatuor floreni = 1483. ibi = Summa Expositorum 142. Marcæ, Unus Ferto, Quinque Scoti, et duo Ternarii . . . Item procu ratio in Luborzyca.
1485. pro Solutione Contributionis ab Ecclesia Luborzycen.
1487. pro Ecclesia in Luborzyca 2. Marcæ cum 4. grossis
1625. pro Ecclesia Luborzycen. exposita. Ad reparationem Ecclesiæ Luborzycen dedi Scandularum Sexagenas 23 Fulcigas alias Lat 30. clavorum Sexagenas 26. Archia lii Sexagenas duas. Architectonibus floren 10. A re paratis fenestris Ecclesiæ flor. 4. Muratori ab impo sitione trabis supra Chorum flor. 1. Serifabro a reparanda Sera ad Sacristiam gros. 20.
Et ita deinceps usque ad Annum 1710. deducitur ex Regestris Procuratorum Universitatis ejusmodi re paratio Ecclesiæ.
Quod ipsum enuntiatur in Decreto Reformationis Visitationis per Reverendissimum Skudzinski 1614. expeditæ ibi = Fenestra fracta in corpore Ecclesiæ reficiatur, Columnæ Lateritiæ ruinosæ cum tota fabrica, quæ ad Procuratorem Universitatis Cracovien. ex Ordinatione Apostolica spectare di gnoscitur, manuteneantur, ne grave damnum & dispendium Ecclesiæ et Universitatis accersatur.

Tecta

Tecta Domunularum Vicarialium reparentur juxta eandem Ordinationem. . Seræ pensiles firmæ tres pro foribus Ecclesiæ & Sacristiæ tum et pro thesauro Ecclesiæ claudendo juxta præscriptam consvetudinem inhærendo Ordinationis Contentis per Dominum Procuratorem Universitatis quam primum emantur, ne prædæ et direptioni Ecclesia cum Thesauro sit exposita.=

Item ex Decreto Reformationis Visitationis Foxianæ 1618. Subsecutæ ibi= Villa Luborzyca, Ecclesia Parochialis &c. Item habet Domum pro sua habitatione, et duas Domunculas pro Vicariis, nec non Domum pro Rectore Scholæ. Tenetur autem Universitas dictas domos reformare in suis ædificiis, quæ alias Decimas istius Ecclesiæ percipit=

Item ex Decreto Reformationis Visitationis Lubienianæ 1748. expeditæ, ibi= In reliquo quæ ad reparationem Ecclesiæ concernent, Alma Universitas vigore Decimarum sibi incorporatarum procurare majori quam ad præsens facilitate studeat.=

Alias enim attenta ejusmodi reparatione ac Salariatione Vicariorum, pro qua expensa quovis Anno insignis erogatur, Professor Processus Juris, ad quem tradendum et legendum de die indiem obligatur, nullum Stipendium habebit. Quare aut Universitas cedat Parocho dictas Decimas pro dicta reparatione et Salariatione, quemadmodum cessit jam unam Decimam in Sulechow pro cera et vino ad eandem Ecclesiam comparandis, aut ejusmodi reparationem non subterfugiat. Quod Judicio suæ Illustrissimæ Celsitudinis Collegium Juridicum quam profundissima Veneratione subjicit.

16to. Postulat Facultas Juridica ab Illustrissima Celsitudine sua, simile edictum, quale emanavit olim ab Eminentissimo Cardinali Lipski, etiam cum ampliatione Gratiarum favore Professorum et Studiosorum Jurisprudentiæ operam Navantium; quatenus Omnes Magistri Artium et ad Statum Spiritualem aspirantes audiant

diant Lectiones Juris, ut exinde sint potiores et preferibiliores ad obtinenda Beneficia, et consequendos ascensus in Universitate.
17mo. Postulat Facultas Juridica simile edictum vel saltem dispositionem Illustrissime Celsitudinis sue commendandam pro Illustribus Reverendis Collegiatarum Prelatis, Decanis Foraneis, aliisque Officio Jurisdictionis sub Authoritate Celsissimi Domini exercentibus, quatenus ex munere suo, quo funguntur noverint se obstrictos esse ad curandum promoveri ad Doctoratum Juris. Cum enim notorium erit hanc Obligationem curandi Doctoratum annexam esse Dignitatibus Ecclesiasticis sive Officiis, procul dubio sperantes seu ambientes eadem contendent tempestive se exerceri et habilitare in Jure, sicque facile publica utilitas in amplissimam hanc Diecesim promanabit.
18vo. Desiderat Collegium Juridicum notitiam de thesauro suo a Collegio Majori habere. Habet enim vestigium ex Summario Actorum Rectoralium 1580. fol. 11. quod thesauri asservationem Jurisperiti ad Majus Collegium transtulere. Quare scire vellet Collegium Juridicum quid factum est cum ejusmodi thesauro, et qualis ille fuerat.
19no. Desiderat Collegium Juridicum protectionem Celsissimi Principis Cancellarii ac Visitatoris sui Apostolico-Regii Faventissimi, quatenus a Perillustri Krzanowski S. Thae Dre et Professore Prepositi S. Floriani Summam floren. 3638. sibi cessam officiose per Adm Rndum olim Kobuszowski Curatum in Czaple rehabere possit.
Meritum Causae istius est tale. Adm Rndus Jacobus Kobuszowski in Czaple Curatus causa Securitatis dedit Illri et A.R. olim M... Federowicz.. Collegae Majori in Alma Universitate Cracovien ad depositum Summam 4000. floren. Polon. et nonnulla Vasa argentea. Post fata prefati Illris olim Federowicz memoratus

ratus A.R. Kobuszowski recepit hanc Summam depositariam 4000. cum argenteriis ab Executoribus Illris olim Federowicz, et dedit eandem Summam et cum Argenteriis Illri et A.R. olim Mathiae Kolendowicz S.T.D. ad depositum, et fuerat hoc depositum conservatum ad fata praefati Illris Kolendowicz. Post fata praefati Illris olim Kolendowicz ab Executoribus Testamentariis illius, memoratus A.R. Kobuszowski hanc Summam depositoriam cum argenteriis recepit, et dedit ad depositum Illri et A. Rndi olim Andreae Cybulski S.T. Dri Collegae Majori, prout documentum manu dicti Illris Cybulski Crac. 7. Julii Anno 1746. Scriptum et subscriptum edocet N.1.

Hic Illris Andreas Cybulski ex hac Vita decessit sine Testamento, et post fata illius fuerant per M. Rectorem Universitatis Cracoviensis dativi Executores Illres A. Rndi Antonius Krzanowski, & Antonius Michalski Collegae Majores, quos cum A.R. Kobuszowski brevi post fata Illris Cybulski requisivit de extraditione Depositi sui, excusabant se, quod aliis dispositionibus sint distracti; interim post plures requisitiones A.R. Kobuszowski de extraditione depositi sui ad praefatos Illres Executores, Illris olim Cybulski factas, tandem memorati Illres Executores resolverunt A.R. Kobuszowski, quod non possunt hoc depositum adinvenire, interim Literas Cridae contra omnes Creditores et Interessatos post fata Illris olim Cybulski exportarunt et ex his Literis Cridae Processum in Judicio Rectorali Stante Rectoratu Illris Filipowicz, et Perillustri olim Micinski et Mamczynski formarunt. Rectoratu autem Perillustri olim Micinski Decretum latum fuit Veneris 9. 9bris 1753. Quo demandata est Executoribus Pertis olim Cybulski exsolutio dicti depositi A.R. olim Kobuszowski Parocho in Czaple.

Stante Processu in Judicio Rectorali formato Illustres Executores Illris olim Cybulski invim Depositi

Adm Rndo Kobuszowski Aureos Hungariales 20. enu
meraverunt, et vasa argentea in deposito existentia cum
Summa 4000. floren. Polon. extradiderunt prout Docu
mentum Authenticum obloquitur. Tandem suprascri
ptus A.R. Kobuszowski Summam 3638 floren pol.
ex Originali Summa 3998 floren Similium deposi
toria restante per Decreta Judicii Rectoralis evictam
Collegio Juridico Almae Universitatis Cracov. cessit
prout Cessio informat, facta Coram Actis Consistorii
Cracov. Jovis 30. Maji 1754. Qua Cessione favore
sui subsecuta Collegium Juridicum intentavit Actio
nem Executoribus dicti Perillis olim Cybulski Imo in
Officio Consistorii Generalis Cracov. Veneris 2. Men
sis Maji 1755 Coram Perillri Rndissimo olim Ni
colao Lipski Officiali Gnali Crac. 2do Coram Judi
cio Rectorali Veneris 30 Junii 1755. 3tio Coram
Judicio Cancellarii Universitatis Veneris 21. Aprilis
1758. Quod Judicium Cancellarii Universitatis
remisit Causam ad Consiliarios Universitatis et adusq
ibidem Causa ratione praedictae Summae jam vero Col
legio Juridico cessae haeret. Stante ejusmodi Cessio
ne ac Processu profando cum Executore Perillri Krza
nowski supervenere fata A.R. Kobuszowski Curati in
Czaple, qui nullum Jus vigore Cessionis Officiose factae,
iam amplius habens disposuit Testamento ultimae
Voluntatis dictam Summam pro Officio Consistorii
Generalis Cracov. Quare Collegium Juridicum suppli
cat suae Celsitudini quatenus ejusmodi dispositio Te
stamentaria ut pote ex se insubsistibilis cum Officiosa
Officiose tollantur effectum suum non sortiatur, ast po
tius supplicat Stringere Prlem Krzanowski qua Exe
cutorem ad exsolutionem dictae Summae favore Colle
gii Juridici cessae.

Ad 1mum

Collegium Minus quod fuerat in postico Collegii Majoris ligneum, quando erectum fuerit, non constat. Universitati tamen totum debet quod fuerit. Cum enim Fundator Universitatis Casimirus ac Vladislaus Jagello introduceret Universitatem in Collegium Majus, dedit eidem Ius promo: vendi Studium in omni Facultate, ac in Subjectis suis augendi. Crevit ergo Numerus Professorum, ac proinde ad eos locandos Universitas suo sumptu Domos quasdam coemerat, quod liquido ostenditur in Privilegio Vladislai Regis = „In Nomine
„Domini Amen. Vladislaus &c. Ad rei me
„moriam sempiternam &c. sano freti super hoc
„nostrorum Fidelium consilio &c. Instauravimus
„& de novo fundavimus, Censibus certis Salari
„avimus, dotavimus et libertatibus ad modum
„& similitudinem aliorum Studiorum generali
„um libertavimus Loca certa seu Domos pro
„mansione seu inhabitatione aut Collegiis Do:
„ctorum & Magistrorum diversarum Facultatum

„ deputantes & assignantes considerantesque et Magistra
„ rerum experientiâ evidenter conspicientes per dictum
„ Studium à temporibus quibus vigore incepit Reipubli
„ cæ commodi plurimum accrevisse, continua solicitudi
„ ne exagitamur qualiter dictum generale Studium
„ quod jam gratia Conditoris in Viris in diversis Fa
„ cultatibus doctis non modicum incrementum recepit,
„ magis ac magis crescere possit, & augeri, videntesque
„ quod propter multiplicatas Personas Doctorum
„ et Magistrorum Domus Collegii Artistarum quam
„ eidem Collegio assignavimus sit nimis arcta etc. nec
„ sufficiat tam quo ad commoda per Magistros inhabi
„ tanda, quàm quo ad Lectoria pro Lectionibus et
„ exercitiis fiendis necessaria, eandemque ob hoc cupi-
„ entes ampliare et augere ad Laudem Omnipoten
„ tis Dei etc. duas Domos Judæorum dictæ Domui
„ Collegii contiguas etc. Doctoribus Magistris seu
„ Universitati de Regiæ Majestatis munificentia
„ vendi admisimus, & permisimus. Quas quidem
„ duas Domos et aream etc. Una cum Areis Structu
„ ris et Domiciliis suis etc. Cum omni Jure proprie
„ tate et dominio etc. pro trecentis Marcis etc. de
„ Consensu Nostro pariter et assensu emerunt et per
„ solverunt realiter et cum effectu. Quas quidem empti
„ ones et venditiones etc. approbavimus etc. decerne
„ ipsas robur obtinere perpetuæ firmitatis, dictasque
„ Domos et aream prædicto Collegio incorporamus
„ et omni libertate qua priorem Domum cui istas
„ reunimus, et annectimus, libertavimus, libertamus,
„ dantes & conferentes Doctoribus et Magistris
„ ac Universitati easdem cum pleno Jure et dominio
„ tenendi habendi utifruendi et pro commodo Uni
„ versitatis si necesse aut expediens fuerit in me
„ liorem conditionem commutandi et perpetuò
possidendi

„ possidendi. Volumus etiam quod quidcunque in dicta area
„ per Doctores et Magistros seu Universitatem ædifica
„ tum fuerit, consimili velut prædicta principalis Domus
„ seu Collegium Artistarum potiatur libertate. Harum
„ quibus Sigillum Nostrum appensum est testimoniũ
„ Literarum. Actum in Nova Civitate alias Konyn
„ Feriâ 6tâ infra Octavas Assumptionis Beatæ
„ Mariæ Virginis Annô Dñi 1417 præsentibus
etc. Leges ejusdem Collegii eædem quæ et Ma
joris fuerant. Dos vero Professiones, de quibus
in Bulla Sixti IV. fit mentio, & de his victita
re tenebantur ut patet. Stat. 5. et 6. fol. . . . sed
de Professionibus paulo inferius agetur in responsio
ne ad 6tum.

Quando prædicta Domus igne consumpta est non
constat. Cum Annô Dñi 1544. scribens epito
men rerum gestarum Collegii Minoris M. Ada
mus Zaborceus Præpositus protunc Collegii Mi
noris, ejus non jam meminit. Scribit ille in Apo
strophe ad Collegas Minores in Libro Privile
giorum Domus Minoris fol. 135. parte ex
altera = Indignum profecto ratus sum Ex
„ cellentes ac Venerandi Viri, ut nostrorum tempo
„ rum memoria & omnium gestorum Domus hu
„ jus nostræ inclytæ quemadmodum Superiores Pa:
„ trum nostrorum fere totius ætatis oblivione aliqua
„ obliteretur, præsertim cum sciamus hunc Litera
„ rum, quibus toti sumus dediti, usum maximum
„ esse (: propter quem etiam sunt imprimis inven
„ tæ :) ut res gestæ clarorum Virorum posterita
„ ti demandarentur, quæ vel imitandi vel fugiendi
„ posteris essent futuræ. Caeterum cum res gestas
„ Majorum Nostrorum in hac Domo nullas prorsus
„ Literarum munimentis consignatas habe
„ amus saltim hæc quæ conquirere potuimus sparsa

» in Schedis hinc inde Magistrorum, hic olim inha
» bitantium nomina nuda in justam epithomatis et Ma
» tricæ formam jussu atque authoritate Omnium Ve
» strum redigere placuit. etc.
» Tandem folio 137. tit. Erectio Collegii Mi
» noris scribit sic. » Millesimo Quadringentesimo
» Quadragesimo Nono Anno ab Orbe Redempto Die
» 18. Mensis Octobris Præposito Collegii Ioanne a Do
» browka Convocatione Omnium Doctorum et Magi
» strorum Cujuslibet Facultatis, facta Tres Magistri AA.
» Liberalium Professores, qui in Majori olim Collegio ha
» bitabant & de Mensa Communi participabant, inferi
» ores tamen Regalibus Professoribus erant in Collegi
» um Novum quod postea Minus Collegium est appel
» latum, sunt ex Majori translati et ceu in Coloniam de
» ducti. Nam quod antea in Collegio Regio habitabant,
» id ex gratia & favore Speciali Regiorum Professorum
» illis concessum erat. Est itaque ex Majori hoc minus
» fundatum & erectum Collegium Domusque primum
» præfixo quæ lignea / erat Novis Collegis consignata,
» breveque post tempus tota penitus igni consumpta
» et in cineres redacta situm et aream possidet nunc
» Collegium Majus, eo Iure quod sibi à Rege Vla
» dislao (: ut supra relatum :) concessum est.

Ad 2dum

Dari quoque Iure Domum muratam suo sumptu propter Alumnos sufficientioris fortunæ gratia Studiorum recipiendos comparatam, quam Domum Divitum tunc eis vocari placuit idque ideo quod ii suis sumptibus victitarent, ut patet ex Statuto 50 fol. 89. & pro inhabitatione Censum penderent ut patet ex Statuto 51. folio 90 et 91. ad differentiam Scholarum Parochialium in quibus pane emendicato Studiosi et plurimum vivunt, Univer

sitas possidebat

sitas possidebat; Igne casualiter absumpto Collegio ligneo in Domum muratam seu Contubernium Divitum suo ære antea comparatum, visum est Universitati Collegas Minores introducere, idque ex eo quod Majori Collegio fuerit propinquius & propter Studiosos Contubernium Pauperum erectum successerit. Contubernium hoc Divitum nullam dotem habuit, sed propter allegatam rationem quod Studiosi seu Alumni suis ibidem uterentur impensis, suprafatam denominationem sortitum est. Quantum pro victu pendebant Censum Statutum 50 superius docet quod est de tenore sequenti = „ Statutum de
„ ponentibus Studiosis /: ut diximus :/ Collegii Mi-
„ noris ex Antiquis transumptum = Scholares seu
„ Studentes quos admittit Communitas Collegii Mi
„ noris ad ponendam Bursam & inhabitandum Col
„ legium cum Magistris ex Singulari gratia ipso
„ rum hec Solvunt: septimanatim 5 grossos cum
„ medio. Nunc autem propter rerum Omnium Ca
„ ristiam jam Solvunt Septimanatim grossos 7. Com
„ mutatione æstiva in recompensam Servitii Magistro
„ rum præpositantium, Usus Suppellectilium ligno
„ rum, familiæ, et reliquorum quæ Communitas pro
„ videt ac procurat 24. grossos solvunt ex quibus
„ Singulis Septimanis si contingat illorum aliquem
„ discedere ex Collegio cedent decem Septem obuli ¼
„ obuli de Septem obulis residuis sed Commutatione
„ hyemali propter duplicem usum lignorum in coqui
„ na & Stuba & Majoris Salarii Familiæ
„ Domus Solvunt 30 grossos Septimanatim, cedit gros
„ sus unus et duo obuli. Quantum ab inhabitatio
„ ne loci pendebant Censum Statutum 51 fol. 90.
„ et 91. docet quod est tenoris Sequentis. De Pra
„ tialistis Studiosis. Permissum est etiam cuili
„ bet Magistrorum posse servare aliquos inhabi
„ tantes Domum præter positionem Bursæ hac
„ lege: si a quolibet illorum nullo excepto solverit

„ pro medio Anno 15 grossos & Septimanatim cedent.
„ fere quatuor ternarii, alias pro quinque Septimanis 3
„ grossi precise pro decem 6. pro quindecem 9, pro
„ viginti duodecem grossi. Grossus autem Anni 1451.
„ facit adnunc florenum unum grossos 3 Sol. 2 Denar
„ 1 etc. — facile infertur, quod si Universitatis Juris et Fundationis Saepe fata Bursa non fuisset nullum Censum posuissent, quemadmodum et adnunc Studiosi inhabitantes Contubernia distinctorum suorum Fundatorum à Loci inhabitatione nihil solvunt, insuper ut legitur in Bulla Sixti IV. de Contubernio illo Divitum Collegiatis Domini Stobneri Censum habebat, cui post introductionem Collegiatorum Minorum in Bursam Divitum juxta obloquentiam Bullae memoratae Census alibi provisus est.

Ad 3tium

Bursa Divitum mutata est in Collegium Minus vigore Juris à Vladislao Rege Universitati concessi, quemadmodum legitur in Privilegio superius ad finem — sic incorporamus etc cum pleno Iure et dominio tenendi, habendi, utifruendi, et pro commodo Universitatis si necesse, aut expediens fuerit in meliorem conditionem commutandi: quae Commutatio Authoritate Bullae Sixti IV firmata est triennio, factam post Convocationem Universitatis, in qua decisum est Collegas Minores in Contubernium Divitum introducendos esse.

Ad 4tum

Collegae Minores 14. Sunt vigore Professionum 14 Collegio Minori incorporatarum, quod ex Sequentibus punctis demonstrabitur.

Ad 5tum

Professiones ut praemissum est 14. annexae Collegio Minori.

Minori sunt Sequentes. 1ma Stobneriana, de Anno tamen Fundationis ejus non constat. 2da Jastrzębecciana Anno 1420. 3tia Szefleroviana 1433. 4ta Novoviana 1440. 5ta Marikovisse 1440. 6ta Zaboroviana 1445. 7ma Astrologica 1456. 8va Brzeznicciana de Anno non constat 9na Kobilitiniana Anno 1466. 10ma Dąbrowciana 1473. 11ma Stavoviana 1491. 12ma Rudoviana 1501. 13tia Altare S. Donati 1512. 14ta Canonicatus de Rhenis de Anno 1512.

Ad 6tum

1ma Professio Astronomica Fundator ejus Stobernus de Anno et dote fundationis non constat, fuerat pro Professore Astronomo qui debebat omnia quae ad Astronomiam pertinent legere, et hic habebat Censum de Bursa Divitum, sed postquam praedicta Bursa /: ut legitur in Bulla Sixti IV. :/ Omnibus in Commune est consignata Universitas ordinavit, decrevit, et consignavit de consensu Executorum et Voluntate Censum de una Collegiatura Dąbrowcae. Professio haec Astronomica vigore novae Fundationis /: ut promissum :/ coepit vocitari Dąbrowsciana, quae per Executores Venerabilis olim D. Joannis de Dąbrowka Decretorum Doctoris, Canonici Cracovien. Ao. D. 1473. Die ultima Aprilis nempe M. Stanislaum de Zawada Sae Theologiae Professorem et Joannem de Oświecim Sententiarium Baccalaureum Sae Thliae Formatum Canonicum Ecclesiae Collegiatae S. Floriani in Kleparz fundata et erecta, atque per Illustrissimum et Rndissimum D. M. Nicolaum Belina de Leszczyny Sae Thliae Professorem Vladislaviensem et Cracoviensem Canonicum ac Vicarium in Spiritualibus et Officialem Generalem Cracovien. Anno eodem 1473. Die vero 28. Maji approbata, Fundationis advenientis. Dos primitiva Aurei Hungaricales 750 /: locati Simul cum dote alterius

Professionis Dąbrovcianae quae pariter Aureorum Hungaricalium 750. Super Wieliczka, Ilkusz et in Stradomia: nempe in Stradomia Aur. 300. in Ilkusz Aur. 600. in Wieliczka Aurei pariter 600.) in iis locis adhuc haerent. Marcae Nro 22, quarum quidem 8½ in parte Advocatiae Civitatem Olkusz pertinentis Anno Dni 1470. per ipsummet Ioannem de Dąbrowka locatae 5. vero Marcae in et Super pistoribus eorumque macellis, areis et Domibus in Stradomia sub Castro Cracovien. Aº D. 1472. inscriptae. Aliae 8½ Marcae per Suprafatos Executores ejusdem M. olim Ioannis de Dąbrowka in Zuppis Vieliciensibus et Bochnen. locatae, quae dos in iisdem ipsis Bonis adusque haeret. Obligatio est ut Professor ejusdem Fundationis legat aut disputet per se in Artibus Missas duas in Ecclesia S. Floriani unam videlicet pro Peccatoribus, alteram pro Defunctis, sub poena Excommunicationis legat. Auctio nulla est amplius, diminutio vero satis notabilis, nam praeterquam quod Marca quaelibet 48. grossis currentis monetae solvitur, solvi deberet flor. 54. cum Marca una currens per Annum 1451. ad Annum 1487. tantum in se continebat monetae praesentis, etiam ab Anno ex Advocatia ad Civitatem Olkusz pertinente, nil percipitur.

Obligationis Ecclesiasticae per Illustrissimum Loci Ordinarium Martinum Szyszkowski vigore cujus praedictae duae Missae in hebdomada Anno Domini 1630 ad quatuor duntaxat per Annum reductae Sunt Professor hujus Professionis M. Iosephus Szabel vocatus ad Collegium Aº. 1765. Die 10. Maji actu non residet in Collegio, sed Seniorem agit Bursae Philosophorum ob Causam quod Vocatio in eodem Contubernio

Possessorem

Possessorem tetigit locus verò ad inhabitandum propter restaurationem Collegii prorsus non est, cum et actu manentes in Collegio alia in loca migrare debuerint. Obligationem vigore auctionis /: cum primeva fundatio ut superius premissum Census nempe de Collegio Divitum pendi solitus post introductionem Collegiatorum in idem Contubernium sublatus sit etiam & obligationes cessavere :/ adimplet, legit enim in Artibus docendo Scholam Poëseos.

Preter reditus Fundationis percipit ex Facultate Philosophica qua Classisticus ex portione dicta Margaretalium annuatim floren 18. ex Universitate pro presentia in Anniversariis, tum ex aliis accidentibus floren 50. ex Classibus pro Schola Poetica cum multa scribenda essent et districtus Visitator subdelegatus est, ideoque hic singula eidem exposita sunt ex Censibus tamen preter retentos regulariter percipiuntur floren 68. Possessor Professionis cum à Quartuali uno tantum sit adhuc in possessione nihil adhuc Jure egit vindicando reditus Fundationis.

2da Professio Iastrzebecciana quae habet Capellam S. Adalberti in Circulo Cracoviensi sitam primitive à Petro Wysch Episcopo Crac. A° 1404. cum aliis Beneficiis Ecclesiasticis cum duobus Canonicatibus Cracoviensibus, Plebanatu Luboszyceni atque Capella S.ae Magdalenae Universitati est incorporata, tandem ab immediate Successore Episcopo Adalberto Iastrzebecio per Executionem Literarum Apostolicarum Martini V. Pontificis Maximi Collegio Minori seu Artistarum est annexa Anno Dni 1422. prout in Ordinatione ejusdem Adalberti Jastrzebski legitur

sii. = Praebenda vero S. Adalberti Artistis sit annexa. Dos hujus Professionis Decimae et Terragium. Obligationes. Ecclesiasticae unam Missam legere in qualibet Septimana non impedita Festo duplici de S. Patrono Ecclesiae Adalberti. Item in Festo S. Adalberti devotionem cum Musica et Concionibus procurare, rationibus Provisorum attendere, et interesse, tunque ut rite devotio peragatur diebus festivis invigilare, nec non Sacristianum Salariare annuatim floren 8. Scholasticae vero ad tradendam quamcunque Lectionem in Artibus est adstrictus. Auctio dotis nulla est etc. Possessor hujus professionis M. Adamus Jagielski Philae Dr ejusdem, Matheseos Prfr Vocatus ad Collegium 1758 die 16. Aprilis actu residet in Collegio, munia supra specificata vigore Fundationis sibi injuncta exacte obit. antiquitus percipiebantur Decimae Manipulares, nunc vero sicut ab immediate Antecedaneis Professoribus ita a moderno pro Decima ex Villa Monia czkowice percipiuntur floren. 100. ex Villis Rubsztyn et Parcze flor 80. ex Villa nova redimitur Decima floren 12. ex Nigra Villa flor 10. tandem ex Lapideis omnibus & fundis in extracto de Libri Beneficiorum Dioecesi Cracoviensi connotatis, et in excepto Visitationis Lubinianae in Censibus percipiendis descriptis, omnes Census percipit ascendentes ad Summam 27 floren grss. 24. Praeterquam ex hortis, uno Spectabilis olim Jacobi Celesta post Novam Portam, nunc in possessionem Magnifici D. Michałowski devoluto Census Terragius flor 2. gr 18. altero L. D. olim Martini Fischauser grss. 18. ad praesens Dworek Kancelerski nuncupato ab aliquot Annis retentus Jure esset vindicandus.

3tia Professio Szeflerowiana
A. D. 1433.

A.o D. 1433. fundata & erecta a Casimiro & Marga retha Ducibus in Nova Civitate Zathir. Dos ejus primitiva 200. Marcæ latorum grossor. Bohemicalium locatæ super Bonis Spythkowice jacentibus in Districtu Osviecimensi quæ adusq ibidem hærend. Obligationes vigore hujus Fundationis Missas 3. legere Septimanatim & Lectionem in aliqua Facultate tradere. Anniversaria duo in Anno absolvere. Auctio dotis supradictæ nulla, diminutio dotis primitivæ nulla relaxatio, obligationum nulla. Possessor hujus Professionis M. Stanislaus Baranski Phiæ Dr & Prfr. Vocatus ad Collegium A.o 1730. Die 4ta 9bris, actu residet in Collegio Minori, vigore Fundationis munia sibi injuncta quo ad Lectionem obit. Ex hac Fundatione antiquitus percipiebantur Marcæ Nro.e 20 latorum Grossorum Pragensium quarum unaquæq præsentis monetæ floren. 54 valeret. Ex quibus Marcis tenebatur ad Sacristiam pro cera & vino solvere N.o 2. ad præsens nihil percipitur, eo quod modernus Possessor sit in lite cum Civibus Zathoriensibus, qui ex Decreto Curiæ Episcopalis A.o 1602 Die 20. 9bris emanato tenentur prædictas Marcas vindicare et duabus Rathis pro Nativitate Dni & S. Ioannis Baptistæ remittere Possessori hujus Professionis. Causa litis agitur in Consistorio Cracoviensi.

4ta Professio Nowkoviana. Fundator ejus Nowko Præbendarius S. Adalberti in Circulo Cracovien A.o D. 1440. dos ejus primitiva quæ fuerat non constat, locata vero fuit in Lapidea è regione S. Andreæ sita Zenwi

Kaptur appellata, ut patet ex Ordinatione Plebanatus Zielenecen. et Altaris S. Alexii in Ecclesia Cathed. Cracov; quod Altare tenebat Orator in Minori Collegio. Sed quoniam ex certis et legitimis causis per Rndissimum Capitulum Cracovien ab eodem Altari hec Domus seu lapidea fuit dismembrata, ac per Universitatem Ecclesie Cathedrali donata / ut ibidem legitur / proinde per Illustrissimum Petrum Tomicki Episcopū Cracoviensem 1531. Collegiatura Oratoria sic ordinata est, quatenus Collegiatus Orator pro fundo suo Altare S. Alexii cum Domo Zenwi Kaptur non habeat, sed ut sedulum in Oratoria Facultate ageret Virum ab omnibus horis Canoniciis Missis ac aliis Officiis dispensatus est, & alteri Altaris et Fabre Collegii Majoris qui in Domo Lapidea Abramowska Censum 17 Marcarum habebat, injunctum est et Successoribus vindicatio Annis Census ad predictum Altare 17 Marcarum et de his ut 13 Marce Oratori cederent. Adnunc in eadem lapidea Abramowska dicta quam tunc inhabitabat Jacobus Apotecarius in Circulo Cracoviensi dos heret, hanc vero modo possidet Spectabilis Dnūs Dun. Obligatio unam Lectionem per totam Commutationem in estate etiam in diebus Canicularibus et usque ad Festum Michaelis in hyeme usque ad Dominicam Palmarum inherendo vetustioribus Authoribus et omnia que ad Oratorem pertinent expedire. Auctio, dotio nulla, diminutio nisi quod flo. 17. et gross. 15 annuatim adnunc percipiuntur. Relaxatio obligationi Ecclesiasticæ patet supra. Possessor Professionis M. Laurentius Bularni vocatus ad Collegium 1765. residet in Colonia Albe Ducalis deputatus per Universitatem. Munia obit in parte cum inibi Scholam Rhetoricam doceat, antiquitus ut premissum fuerat, Census Marce 13 adnunc flor. 17 gross. 15 ultra reditus ex

Fundatione

Fundatione ex Universitate pro Anniversariis et aliis pariter cum praesentibus participat, ex Facultate Philosophica nihil percipit pariter ut ex Collegio nisi contigerit vocari Professores ad Collegium Minus ex quorum introitalibus pariter cum praesentibus participaret. Possessor Professionis modernus Iure non agit vindicando Censum cum hic annuatim reddatur, constat tamen Antecessorem ejus vindicasse eundem sub Anno 1692 de die 15 Xbris ut Decretum obloquitur. Actorum Consistorii Cracov. A.o et die ut supra.

5ta Professio Mazikoviscae Fundatrix Catharina Mazikowska Palatina Leopoliensis Anno 1440. Dos primitiva 200. Marcae latorum gross. Pragensium reposita fuit in manibus primorum Doctorum et Magistrorum Ecclesiae S. Floriani ut 12 Marcas Census annui perpetui, quibus unus Collegiatus in Universitate Cracovien. in Artibus laboraturus salariaretur, emerent; Sed hanc Summam praefati Canonici inter se dismembravunt, et usibus suis applicarunt, Ecclesiam vero S. Floriani, vel potius Universitatem Cracov. s: ut extractum ex Libro Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et Dioecesis Cracovien. de Anno 1440. conscriptum Sigillo ipsius communitum obloquitur, et producitur. s: fecerunt pro hujusmodi Collegiato illicite tamen et injuste tributariam et Censum 12. Marcarum pro Annis singulis eidem ex Communibus Proventibus S. Floriani deputarunt. In quare Universitas Cracovien. notabiliter gravata, praefata vero Spectabilis et Devota Mandzikowita suo voto frauda ta est gravamen tam enorme perferens, jam prope 70 in praejudicium magnum Fundatoris Authoritate et Decreto Eppi Cracov., qui Cancellarius est Universitatis Cracov. merito rescindendum cujus culpa et negligentia hactenus fuit tolleratum. hu

jus

usque et hæc leguntur, in Libro suprafato Beneficior. Accessit tamen Fundatio :/: forsitan quia ex priori nihil jam proturi percipiebatur :/: ab Executoribus ultimæ Voluntatis V Ioannis de Dąbrowka Sæ Paginæ Prfris et S. Canonici Drs nec non Canonici Cracovien florenorum 200. Hungaricalium auri puri veri, et justi ponderis quæ Summa locata est in Dregorzowice et Zarnowica Ferià 2da post Festum Epiphaniarum Anno 1483 Scribitur instituta esse cum obligatione Professionis Poëticæ. Diminutio Dotis primævæ seu potius amissio, superius exposita est. Auctio in iisdem Bonis hæret, Census primævus Auctionis Marcæ 6 postea Solvebantur floren 39. grs. 18. ut patet in Libro Privilegiorum Collegii Minoris folio 200, a multo vero tempore partim per complanationem modium percipiebatur, partim adnumerationem tantum percipitur, quemadmodum modernus Possessor pro Annis 10 floren 95 per complanationem accepit. Possessor Professionis M Franciscus Masiorski Vocatus ad Collegium 1758. die 26 Aprilis. Actu non residet in Collegio. Deputatus per Universitatem pro Directoratu Coloniæ Culmensi. Munia Fundationis nec in primæva nec in Successiva Fundatione Sunt expressa, ab antiquo tamen Scribitur Fundationes ejusmodi fuisse pro Poetica Professione. Ius tamen in prænominata Academia Culmen non Poesim profitetur. Præter Fundationem Marilomicianam de qua Superius dictum ex Fundatione Dąbrowiciana quis Census annuatim penditur, pariter declaratum est. Aucta est hæc iterum Fundatio Aº 1487. per eosdem Executores Ioannis de Dąbrowka floren Hungaricalibus 100 locatis in Bonis Olkusz, tandem translatis in Bona Czaple ex iisque Census Marcæ 3 Aº 1736 die 5ta Iulij constat Possessorem per compositionem percepisse floren 100. pro aliquot de

nis Annis

nis Annis ut obloquitur quietatio. modernus Possessor non percipit. Accessit pariter auctio 1628 a Reverendo D. Luca Samuele Strzyzoviensi floren. 100. Census ex Collegio Minori de Lapidea Molerowska Casimiriae in platea Judaica sita; annuatim floren. 6. Obligatio nulla ultra reditus ex Fundatione provenientes tantum ex Universitate et ex Collegio, quantum alii Collegae Minores in Coloniis existentes /: quod supra patuit :/ percipit, ex Facultate Philosophica nihil. Et antecedaneos et modernum Possessorem Jure egisse de et super vindicatione Censuum constat A. 1736 in Consistorio Cracov. cum M. Ludovico de Debiany Dębinski Castellanida Woynicen. Bonorum Zarnowica Haerede A. 1761. cum Magnifica Marianna Popielowa Vexillifera Visliciensi Bonorum Majoris Czaple Possestrice.

Octa Professio Zaborowiana quam fundavit M. Jacobus de Zaborow J. U. Dr. Canonicus Cracovien. A. D. 1445. emendo 280. Marcis medietatem Villae Sidzina dictae, eandemque Illustrissimus Sbigneus Episcopus Cracovien. in Titulum Ecclesiasticum erexit et Altari SS. Apostolorum Jacobi Majoris, Simonis et Judae, Evangelistarum Lucae et Marci, Martyrum Sigis. Agat: Apo: Virginum in Ecclesia Cathedr. Cracov. adjunxit. Dos ejus primitiva eadem ad praesens est medietas praedictae Villae. Obligationes hujus Professionis. Ecclesiastica, duas Missas ad praefatum Altare septimanatim sub poena Excommunicationis absolvere, Scholastica, Grammaticam Donati legere et unum Actum publicum expedire. Praedium memoratae Villae auctum est Anno D. 1645. ex Testamento M. Adami Stephanidis praedicti Altaris pro tunc Possessoris 20. Vaccis perpetuo ibidem in Fundo retinendis cum obligatione unam Missam quolibet Anno die 23. Maji absolvere, cui tenentur adesse, Collegae, Minores actu in Collegio inhabitantes.

Ipsi obligationi injunctæ interea non satis fit, ob causam quia à Majoribus hoc prætermissum accepimus, atque nunc primum ex Privilegio ejusmodi notitiam habemus, quod quia pium & justum est, huic obligationi satisfacere fideliter curabimus. Diminutio dotis nulla tam primitivæ quam supervenientis. Possessor hujus Professionis M. Stanislaus Konczynski Vocatus ad Collegium Minus A.o D. 1738. die 30. Martii actu in Collegio residet. Munia vigore Fundationis Ecclesiastica per alium Presbyterum obit, jam vero a Scholasticis per Conclusionem Facultatis Philosophicæ latam, et ab Universitate approbatam ex ratione quod sit Senex valetudinarius dispensatus. A.D. 1764. Ex hac Fundatione pro ratione rei familiaris et administratione ejusdem temporum diversitate crescentia diversimode super quo Possessor modernus de Antecessorum usu et fructu judicium dare non potest sibi ipsi pro diversitate pariter temporis plus vel minus floren 500. provenire recognovit. Cæteros Proventus præter Professionis reditus æquales habet, tam ex Universitate Collegio et Facultate Philosophica cum actu habitantibus in eodem Collegio.

7ma Professio. Fundator Amus M Martinus dictus Rex de Premyslia A.o 1456. de dote primitiva quænam illa fuerit et ubi locata prorsus non constat, cum neque in Bulla Syxti IV. Summi Pontificis Census ejusdem fiat mentio et quemadmodum de dote ita de Obligationibus et muniis, quæ vigore Fundationis fuerint nescitur. Auctio Professionis hujus accessit 1524. a M. Mathia de Miechow, Medicinæ Dre pro 400. floren Hungaricalibus veri auri & justi ponderis 10. Marcarum Census annui, inscriptarum in proventibus utriusque pennæ majori videlicet et minori Civitatis Cracovien. ut patet ex obligatoria submissione Civium ejusdem Civitatis sub Anno 1580. Obligationes vigore

talis

talis auctionis omnia quae ad Astrologiam spectant legere Singulis Annis scribere cum diligentia confi cere majus judicium Anni cum multis Authoribus allegationibus et experientiis. Item facere majorum revolutionum Eclypsium et Cometarum et hoc dare ad Aulam Majoris Domus Collegii Artistarum, et si possibile, ut simile judicium daret. Astrolo: gus ad Pretorium Cracovien pro DD. Consulibus. ut Censum favorabilius Solvent, ut deducitur ex Ordina tione ejusdem Professionis cum approbatione Illmi Petri Tomicki Eppi Cracovien. Obligationibus su prafatis non satisfit ex quo Successive aliter Studia disposita Sunt in Universitate respective quo ad Ma thesim. Auctio haec dotis non est levata. de Relaxa tione obligationis non constat.

Accessit Fundatio Aº 1630. a Reverendo Silvestro Rogulski flor 600. locata in Lapidea Alansowska, ex post Winkllerowska, dein Lukaskiewiczowska Census flor Nr. 30. Professori Astrologiae Nº 15. Discipulo ejusdem Nº 15. Obligatio Astrologiam legere qui Census ab Anno 1758. non percipitur. Altare quo que S. Bartholomei in Ecclesia Cathedrali Cracov. Fundationis Szafranieciane, dos antiqua super par te Villae Trzatnowice sine praedio octo scilicet coloni assignati, sed hos Aº. 1599. ultima die Junii M. Ga spar Cylindri ex circumstantiis in Ordinatione Tra tnovicensi Collegiatune Majori et Minoris Colle gii Conclusione Universitatis Aº eodem facta, vendit pro 800. floren. Numeris et Monetae Polonicalis M. Jacobo Kurzelowiensi Altaristae ejusdem Alta ris Imi Ministerii. Ex quo Summa 800. floreno rum. florenos 400. locaverunt Consiliarii Collegii Majoris tanquam Patroni et M. Gaspar Cylindrius Collega Minor Altarista praedicti Altaris 2di Ministerii super mediate Lapideae Czechowiczowska in platea Castremi a qua Census annui Polonica les floren 24. Reliqui vero 400. floreni locati su per

per Domo seu Lapidea in Platea Hospitali Cracovien.
Porycowna dicta ex qua Census reemptionalis flor. 24.
sed quoniam Census hujusmodi solutio non constat. a
quo tempore cessaverit modernus pariter Possessor nul
los Juris processus Sibi relictos habeat atque in Posses
sione Professionis ejusdem nunc primum sit quo circa
Censum ut nullum percipit, ita obligationibus non sa
tisfacit, quae vigore Ordinationis et relaxationis Petri
Tomicki Eppi Crac. ad unum absolvendum stringe
bat. Item accessit Fundatio Ao. 1660. Clmi Joannis
Korner Medicinae Dris summa floren. 1800. loca
ta super omnibus generaliter Bonis mobilibus et im
mobilibus, summis quibusvis pecuniariis habitis et ha
bendis nullis exceptis, et Domo Lapidea in Circulo Cra
covien. a quo Census per 5 à Centum floren. 90 sine
omni obligatione, sed hic ab immemorabili tempore non
percipitur nec constat, quando perciperetur. Possessor hu
jus Professionis M. Andreas Badurski Vocatus ad
Collegium A.D. 1765. die 10. Maji actu habitat in
Collegio. Munia ut superius dictum vigore Fundatio
nis non obit, docet duntaxat Scholam Poeseos, et prae
terea Actus ProDecanales in Facultate cum Bacca
laureis quolibet die Dominico expedit, ex eo quod Univer
sitas et respective Facultas Phica ut pars Universitatis
habet Jus disponendi quomodo melius visum fuerit sub
jecta. Tum ex eo quod Census ex Fundationibus par
tim in toto alii pertinerint partim in toto percipiuntur.
Ex hac fundatione ut superius positum dabantur Mar
cae No. 10 quarum una praesentis Monetae continebat
in se floren. 54. adnunc percipiuntur Floren 8. Ex
Universitate pro praesentia in Anniversariis tum aliis
Accidentibus plus vel minus flor. 50. ex Facultate
Phica cedunt, qua Classistico Professori flor. 18 ex
Classibus, cum multa super his scribenda essent, et
distinctus Visitator Subdelegatus est, ideoque hic sin
gula eidem exhibita sunt, annuatim tamen 60.

percipiuntur

percipiuntur regulariter. Professio haec Suprafato Al.
a tribus Mensibus modo primum collata est, ideoq; non
dum Jure agit vindicationem Censuum.

8va Brzeznicciana Fundator ejus M. Nicolaus de Brzeznica de Anno non constat, Supponitur tamen ante Annum 1470 cum in Bulla Sixti IV memoretur. Dos ejus quali et quanta fuerat perfecte non constat, nam per Universitatem Mensae Communi Minoris Collegii est applicata, Solum relictae 270. Marcae in et Super Molendino equino Macellis Villa Marcinkowice ac in aliis omnibus et Singulis proventibus Oppidi Wieliczka nec non utilitatibus fructibus Censibus et quibusvis emolumentis pertinentibus ad praefatum Molendinum Macellam Villam et Oppidum per M. Martinum de Leczyca Seniorem Regio Jagelloniani Contubernii, Suo et totius Universitatis Nomine de Consensu Regis Sigismundi ut docet Originale Ao. 1512. datum, ubi adusque haeret. Obligatio Professori fuerat legere Grammaticam Syncaim alternatim cum Professore Zaborowiano. Auctio dotis nulla, diminutio Vero facta est per Universitatem, ex quo pars Notabilis cessit in Subsidium Mensae Collegii Minoris Anno Superius memorato. Obligatio haec Scholastica seu Lectio Grammaticae Syncaici per Novellam Ordinationem Facultatis Philicae 1764 factam, et per Universitatem approbatam relaxata est. Possessor Professionis M. Josephus Szybalski Vocatus ad Collegium AoD 1765. die 10. Maji. actu in Collegio non residet, ex quo Seniorem agit Contubernii Regio Jagelloniani. Munia vigore Fundationis non obit, docet enim ex dispositione Majorum in Classibus Rhetoricam, ex hac Fundatione antiquitus percipiebantur Marcae 11. quarum quaelibet illo tempore valeret Monetae praesenti flor. 48. ad praesens percipiuntur Marcae 11. praesenti monetae

quæ ascendunt ad florenos Nº 17. gross. 18. Ultra reditus ex
Fundatione provenientes ex Universitate plus minus flo
ren. 50. ex Facultate Philosophica floren. 18. ex Clas
sibus regulariter flor. 68. Devindicandi Census nul
las Juris Controversias movit, ut pote non pridem in
hujus possessione existens.

9na Professio Kobyliana. Quam M. Stanisla
us Kobylinski Decretorum Dr. Ecclesiæ Cathedr. Crac.
et Collegiatæ Scalmiriens. Canonicus Aº 1466. fundavit.
Dos ejus primitiva Aurei Hungaricales 450 puri auri
et justi ponderis locata in Bonis Mensæ Episcopalis
Villæ Jangroth ad præsens hæret in Zuppis Bochnensi
cum Censu Regis Sigismundi suscepta duas Missas
Septimanatim ad Altare Corporis Xti in Ecclea Il
cusiensi celebrare, et Lectionem in Artibus tradere. Au
ctio istius dotis nulla, atque et obligatio superveniens
nulla. Diminutio dotis primitivæ unius Marcæ, nam
in Bonis Mensæ Eppalis inscriptæ Marcæ 15. ad
Zuppas vero non nisi 14. Bochnenses translatæ, quod
factum Stante vita Fundatoris ut in erectione et Con
sensu Regis Sigismundi videre est. Ab immemorabili
tempore Marcæ ex Zuppis Bochnensibus gross. 48
æstimantur monetæ præsenti, cum antea latorum gros
sorum erant Marca. Relaxatio Obligationis Ecclesi
asticæ per Visitatorem Ecclesiæ Ilcusiensis a Bernar
do Maciejovio factam Subsecuta est Aº 1603. ex
Causa, quod Lector Ilcusii per se adesse nequeat, ide
oque duas Marcas Mansionariis tenetur persolve
re illius Ecclesiæ, ut ibidem Missas in 4 temporibus
absolvant. Possessor Collegiaturæ Kobylianæ M.
Joannes Ambrożewicz Vocatus ad Collegium Mi
nus Aº 1763. die 19. 7bris. Actu non residet, sed
in Seminario, jam ideo, quod habitationes Collegii
sub tempus restaurationis Sunt destructæ, jam ideo,
quod pro labore ultra Obligationes Collegiaturæ
Suscepto

suscepto, difinitam habeat pensionem, pro Muniis et Offi
ciis Seminarii. Ex Fundatione Collegiaturae Altaris
Corporis Xsti in Alkusz antea percipiebantur E floren. 22
gros. 12. Possessor modernus ex quo non quidem in pos
sessione istius Collegiaturae nullas Juris controversias
excitavit.

E ex Zuppis Bochnen. Marcae 14. quarum unaquaeque valoret f 48. ad praesens perci piuntur floreni 22. gr. 12. etc.

10ma Professio Dąbroviana per Executores
Joannis a Dąbrowka facta A. 1473 nempe eodem A.
quo et Astronomica per Executores ejusdem Dąbrowka
aucta seu noviter fundata est. Dos primitiva aurei
Hungaricales 750. ibidem locata ubi et Superior A
stronomica (: cum Executores praefati duas simul Col
legiaturas fundarunt super dote Hungaricalium Au
reorum 1500. ita ut Collegiati illi duo aequaliter per
medium participarunt :) nempe in Alkusz aurei 600
in Stradomia aurei 300 in Zuppis Vieliciensibus
aurei 600. locati fuerant. Haec dos iis in locis adnunc
haeret. Obligatio quoque (: ut et Superioris :) eadem, nem
pe ut Possessor legat aut disputet per se in artibus,
et Missas duas in Eccl[esi]a S. Floriani unam in fideli
ut pro peccatoribus, alteram pro Defunctis sub poena
Excommunicationis legat. Auctio dotis nulla, Diminu
tio in Censu sat notabilis. Relaxatio obligationis Ec
clesiasticae facta per Illmum Martinum Szyszkowski
ratione tenuitatis proventuum qui Missas illas ad
quatuor duntaxat per Annum absolvendas reduxit.
Possessor Professionis M. Christianus de Jungling
Vocatus ad Collegium 1762. Praefectus Seminarii
Posnanien. tradit Theologiam ex quo satisfacit O
bligationi Scholasticae. Ecclesiasticae vero, utrum
satisfaciat, non constat, antiquitus ex Fundatione
750 floren. Hungaricalium dabantur Marcae 22,
ad praesens vero cedunt ex Stradomia pro Marcis
5. floren. 8 ex Alkusz ab antiquo nihil percipitur,
ex Zuppis Vieliciensibus pro Marcis 8½ solvuntur

floren. 13 gross. 18. Ultra reditus ex Fundatione provenientes participat cum aliis in Coloniis pariter habitantibus ex Universitatis portione ex Facultate Philosophica nihil percipit, ex Collegio nisi ex introitualibus si contigerit vocatio Iure, non agit vindicando reditus. Constat tamen A.o 1737 fuisse Commissionem in Ilkusz ratione non Solutionis Census, qui hucusque non solvitur.

Ultima Professio Stawoviana Fundator M. Nicolaus de Staw S.ae Th.ae Lic. Pr. S. Floriani Canonicus 1490. Dos primitiva fuerat in Zuppis Vielicien. super quibusdam Censibus montanis dictis Bartracht. Item in iisdem Zuppis Vielicien. ex Cuticulis dictis vulgariter Ostrzystwo et haec dos adusque ibidem haeret. Obligationes. Scholastica. Lectio quaecunque Artistica, Ecclesiastica ad Altare S. Thomae Cantuarien. 2di Ministerii in Ecclesia Cathedrali Crac. duae Missae 1ma de BVM. 2da pro Defunctis Fundatoribus Praedecessoribus Successoribus ac omnibus Fidelibus Defunctis qualibet hebdomada absolvendae, qui Altarista praenominatus debet esse Sacerdos, vel saltim infra Annum in Sacerdotii gradum promotus. De auctione dotis non constat. Obligationi Scholasticae satisfit, non tamen Ecclesiasticae. Cum enim Illmus Maciejowski Loci Ordinarius ab onere Ecclesiastico liberam fecerat hanc Professionem. Vicarius Ecclesiae Cathedralis Censum eundem donavit ut obligationibus Ecclesiasticis satisfacerent, illo praecustodito, ut Possessori ejusdem Professionis pro Lectione annuatim solverent aureos duos. Possessor Professionis M. Josephus Wisniowski Vocatus ad Collegium 1763 die 19. Jun. Director Coloniae Pinczovien quae est incorporata Collegio Minori. Munia Scholastica vigore Fundationis obit. Census ad hoc Altare pendebatur antiquitus Marcae 9 Laterum grossiorum.

Post à

Post a Reverendis Vicariis juxta Ordinationem Illmi Maciejowski dabantur pro Lectione aurei duo, expost pro festo Paschatis tantum dabantur floren 15. ut patet in Libro Privilegiorum fol 177. et ex Libro Perceptorum Censuum Collegii Minoris de Anno 1645. fol. 12 et A.o 1646 fol. 15 adpresens nihil percipitur. Ultra reditus ex Fundatione provenientes ad omnes proventus cum praesentibus Collegii admissus, ex eo quod nimis per exiguam portionem Cracoviae et Fundationem habeat Director. Modernus Possessor cum nunc primum a 4. Mensibus collatam sibi habeat Professionem Jure non agit vindicando Census.

Lima Ruduviana Fundator Nobilis Rudowski Civis Crac. fundavit Altare in Ecclesia B. M. Virginis Cracoviae tertii Ministerii Sacratissimae Passionis. Dos primitiva 500. floren Hungaricales in auro justi ponderis locata & inscripta in et super Crematorio Civitatis Crac. ubi aurum et argentum crematur et funditur in Circulo Sito adnunc haeret, post translata in Zuppas Vielicien ut in Libro Privilegiorum fol. 139. legitur. Obligatio 3. Missae in Septimana qualibet Ima de Passione Dni cum Commemoratione Defunctorum. IIdam de Assumptione BVM. IIItiam de OOSS. per se vel alium ad honorem Dei Omnipotentis legendae. Obligatur quoque Altarista (: haec Sunt ex Privilegio :) ad Lectionem in Collegio Artistarum publice in quacunque Facultate tradendam. Ita tamen quod dictus Altarista per Doctores et Magistros Collegiatos Majoris Collegii Artistarum instar aliorum Majoris Collegii Collegiatorum eligendus et pro tempore vocandus existat, dato Jure eligendi Doctoribus et Magistris Majoris Collegii patet in Privilegio Sub Litera G. Auctio dotis nulla, diminutio itidem. De relaxatione quoque obligationum non constat. Possessor Professionis M. Thomas Olchowski Vocatus ad Collegium 1750

die 26. Aprilis, actu non residet in Collegio. Director Albae Ducalis. Munia vigore Fundationis Ecclesiasticae non obit. Scholasticae obligationi satisfacit legit enim in Artibus. Antiquus Census Marcae 14. expost ex Zuppis Vieliccen percipiebantur flor 22. gros. 12 adnunc quoque idem percipitur Census ultra reditus ex Fundatione provenientes ex Universitate aeque cum aliis participat ex Collegio nihil praeter portionem introitalium a Neoingredientibus pendi solitam, ex Facultate vero Phiâ nihil percipit. Possessor hujus Professionis, quoniam eundem Censum flor 22. gr 12 quem et Antecessores habebant, tollit, de et super vindicatione nihil agit.

13tia Professio. Altare S. Donati in Ecclea S. Annae. Fundatores M. Stanislaus Biel de Nova Civitate Custos, et Ioannes Parisiensis Canonicus S. Floriani. Phliae Profes Aº 1512. die 18. Maji. Dos primitiva 427. Marcarum locata Olszyny, Olpiny, Szczyny, y Swiączany. Obligatio 2. Missae septimanatim pro Defunctis, et Lectio in Artibus. De Auctione non constat. Relaxatio obligationum nulla. Possessor Professionis M. Rumualdus Laskiewicz Vocatus ad Collegium in quo residet ab Anno 1762. legit in Artibus. Census ex Fundatione Marcae 16. duabus rathis solvendae pro Festo Ioannis Baptistae et Festo S. Martini ab antiquo et ad praesens nihil percipit. Ultra reditus Fundationis pariter cum aliis actu manentibus Profris ex Universitate percipit plus vel minus floren 50. ex Facultate Phiâ circiter 40. Possessor Professionis Iure non agit vindicando Census, constat tamen Aº Dni 1738 fuisse citatum Mfcum Nicolaum Jordan Castellanum Visliciens ad Consistorium Cracov. tanquam Bonorum Specificatorum Haeredem quis effectus Subsecutus non constat, neque ab illo tempore Census praedictus Vindicatur

14ta Prof.

